

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagratia <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

Additamenta absolvio generaliter

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](#)



# ADDITAMENTA. ABSOLVTIO GENE- RALITER.

1. Moribundus sensibus destitutus an absolue posse.
2. Potest absolui, qui signa dedit pénitentia etiam absente Confessario, vel petivit Confessarium pro Confessione Sacramentali.
3. Item sub conditione absolui potest, modò catholice, & pie vixerit, licet talia signa non dederit.
4. Absolutio in predictis casibus dari etiam debet homini malæ famæ.

**M**oribundum, qui neque Confessionem petivit, neque voluntum Pénitentiae signum dedit, nequidem sub conditione absolui posse, recens quidam excellentis doctrinæ auctor peracti disputatione contendit, & velut improbabile

I.  
Moribundus sensibus destitutus an absolue posse.

A

com.

communiter, atque ex scholis celeberrimis  
Societatis Iesu per quoddam Decretum Cō-  
gregationis Generalis Anno 1651. penitus  
proscriptum afferit. Ratio huius & associ-  
atum palmaris est, quam recentissime quo-  
que vrget Ant. Cotonius *Celebr. Controv.* l.  
2. *contr. 6. n. 68*, quod Confessio debeat es-  
se sensibilis, hoc est manifestari signo ali-  
quo speciali & voluntati dato, ex quo sic  
arguit supramemoratus Author: Defici-  
ente parte essentiali Sacramēti nequit illud,  
ne sub conditione quidem conferri, cum si  
ne sua parte essentiali Sacramentum confici  
nequeat; atqui in huiusmodi casu, deficit  
pars aliqua essentialis Sacramenti, nempe  
Confessio & dolor sensibilis, nequitergo il-  
lud in huiusmodi casu sub conditione con-  
ferti. In confirmationem huius adducun-  
tur aliquot insuper SS. Canones relati à  
Gratiano 26. q. 3. Primus, c. Qui recedunt,  
ex Conc. Araus. c. 3. ita sonat: subiō obmutes-  
cens (prout statutum est) baptizari aut péniten-  
tiam accipere potest, si voluntatis præterita, te-  
stimonium aliorum verbis habet aut præsentis,  
in suo nutu. Alter, c. Is qui. ex Conc. Carthag.  
4. c. 76. sic habet: Is qui pénitentiam pesit, si  
casu, dum ad eum Sacerdos in uitatus aduenie-  
oppressus infirmitate obmutuerit, vel inphrene-  
sim versus fuerit, dent testimonium, qui eum au-  
dierant,

*Additamenta.*

3

dierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuo  
reditur moriturus, reconcilietur per manus im-  
positionem, & infundatur ori eius Eucharistia.  
Similia dicit Leo P. epist 89. al. 92. Ibid. c.  
His qui. Ex his Conin. de Sacram. disp. 5.  
dub. i. n. 29. tale format argumentum: Ea-  
dem in hoc casu est ratio Baptismatis & re-  
conciliationis, atqui Pastores non possunt  
adulto morituro conferre Baptismum, nisi  
sciant eum hunc actu petuisse, ergo similiter  
non possunt dare Sacramentum Pœnitentiarum,  
nisi ei, quem sciunt hoc ante petuisse. Hoc  
porro ne quidem in casu necessitatis fieri  
posse asserit in Concl. 3. Ibid. n. 28. tum quia  
casus necessitatis non mutat essentiam Sa-  
cramenti; unde si validè daretur Sacramentum  
sine Confessione in necessitate, posset etiam  
validè fieri extra necessitatem. Tum quia,  
si liceat semel fingere aliqua ad essentiam  
Sacramenti sufficere in necessitate, quæ nō  
sufficiunt extra eam, eadem licentia posset  
in necessitate dari Baptismus sine aqua,  
adoque sic euerti omnis essentia Sacra-  
mentorum.

Attamen his non obstantibus, quia, vt  
ait Leo P. cit. c. His qui. Misericordia DEI  
nec mensuras possimus ponere, nec tempora de-  
finire; apud quem nullas patitur venie moras  
conuersio, dicente Dei spiritu per Prophetam

A 2

(Isa. 30,

(Isa. 30. apud 70.) cum conuersus ingemueris,  
zunc saluus eris &c. Necdū ab opinione priori  
dimoueor, quam cum DD. alij prolixè pro-  
pugnent, vnicō tantum, sed efficaci argu-  
mento, quod ipsi aduersarij subministrant,  
eandem confirmare contentus ero.

II.  
Poteſt, qui  
ſigna de-  
ſet Pæni-  
tēta vel  
periuit  
Confefſa-  
rium.

Præmoneo autem Confessionem posse  
considerari dupliciter. 1. quantum est ex  
naturae rei, per se & ex præcepto tum Diuino,  
cum Ecclesiastico, ſecluso caſu neceſſi-  
tatis. 2. per accidens & in caſu neceſſitatis.  
Extra caſum neceſſitatis certum eſt atque  
ſub anathemate definitum à Conc. Trid.  
ſeff. 14. can. 7. ad remiſſionem peccatorum ne-  
ceſſarium eſſe Iure Diuino confiteri omnia & ſin-  
gula peccata mortalia, quorum memoria, cum  
debita & diligenti premeditatione, habetur;  
etiam occulta & quaſa ſunt contra duo ultima De-  
calogi præcepta, & circumſtantias, qua peccati  
ſpeciem mutant &c. adeò vt, qui ſecū faciunt  
& ſcienter aliqua retinent, nihil Diuina Boni-  
tati per Sacerdotem remittendum proponant.  
vt loquitur S. Synodus ibid. de Sacram. Præ-  
nit. c. 5. Hanc porro Confessionem facien-  
dam eſſe Confessorio præſenti, neque aliter,  
per litteras ſcilicet aut Internuncium, de-  
creuit inſuper Clem. 8. Conſtit. 87. incip.  
Sanctissimus. Anno 1602. apud Laërt. Cherub.  
in Bullar. 10. 3. vbi prohibet, propositiōnem il-  
lam;

## Additamenta.

5

lam, qua habet, lucere per litteras, seu Inter-  
nuncium, Confessario absenti peccata sacramen-  
taliter confiteri, & ab eodem absolitione obtinere,  
de cetero edoceri, defendi, imprimi, aut ad praxim  
deduci, sub pena Excommunicationis lata sententia & alijs paenitentia arbitrio infligendis. Ita  
quidem, ut dixi, extra casum necessitatis, in  
casu autem necessitatis Confessio etiam sa-  
cramentalis magnam patitur latitudinem,  
non solum ut specifica peccatorum enarratio ex parte, verum etiam ex toto intermit-  
tatur. Ob talem necessitatem absolui posse  
infirnum, qui signa dedit paenitentia, eti-  
am absente Confessario, & eo adueniente  
inuenitur sensibus destitutus, eo quod signa  
eiusmodi, vel petitio Confessarij pro Con-  
fessione Sacramentali sufficiant, indubita-  
tum habetur ita decernentibus atque iu-  
bentibus supracitatis Canonibus, ac Ritua-  
li Romano edito Anno 1615. Quin etiam va-  
lituram absolutionem (non obstante De-  
cretto Clementino praetulito) si testes in  
absentia ipsius infirmi de ipsius confessione  
testificantur, tradunt DD. grauissimi, quos  
refert ac sequitur Coton. ubi supra n. 61. &  
seqq. non improbabiliter ipsi quoque au-  
thori initio praememorato, qui expressè  
docet; in casu quo testis considerata ab agro  
Confessionis non praesens aut immediatus esset,

A3

posse

## 6 Additamenta.

posse nihilominus sacerdotem superuenientem moribundo absolutionem sub conditione imperfiri, quia cum oppositum non improbabiliter doceant multi, sperari posset Sacramentum consciendum esse, quoties autem fides affulget consciendi Sacramentum, qua contingere posset Sacramento & consultur saluti periclitantis anima, cui in dubio magis fauendum est, quam Sacramento. Hæc ille.

III.  
Sub condicione  
absoluti  
potest mo-  
dò carbo-  
licè, Et  
piè exca-  
vato.

His ita præmissis repeto ac dico, non improbare videri, posse moribundum sensibus destitutum sub conditione absoluti, qui neque Confessionem peccatum, neque ullum pœnitentia signum dedit, modò catholice & pie vixerit. Hoc assertum, ut iacet, communī consensu & auctoritate omnium DD. Theologicæ facultatis Viennæ publicâ disputatione fuisse propugnatū, testatur Caramuel in sua Theologia fundam. nouissimè Roma edita, vbi etiam prolixè idem rationibus & auctoritatibus confirmat, qui liber cum Romanam habeat censuram, hoc ipso Doctrinam hanc facit non improbatibilem. Verum his omnibus omissis, probo dictam propositionem hac ratione: Par est ratio Sacramenti Baptismatis & Pœnitentiae, baptizari autem potest, quicunque ex anteacta vita presumi potest desiderare baptismum, ergo & Sacramentaliter absoluti. Propositio maior habetur expressa in supra relatis Canonibus, &

ab

*Additamenta.*

7

ab adversariis vltro admittitur, quibus itaque potius, an nobis faveat, vt clarus constet, sciendum, hæc duo Sacra menta esse directè instituta ad remittenda peccata, Baptismum quidem velut ianuam, per quam intratur in Ecclesiam, extra quam nulla salus est, Pœnitentiam vero pro tabula, quæ Peccator mortaliter delinquendo naufragium passus evadit interitum & pristinæ gratiæ restitutur: Ex quo Sacra menta mortuorum dicuntur sicut alia viuorum, quod hæc requirant vitam spiritualem in suscipiente, illa non. Sunt prouinde in primis ad salutem necessaria, & ob hanc necessitatem in eorum administratione conceduntur, quæ in alijs non tam facile permittuntur, in Baptismo quidem non solum vt à quocunque ritè collatus valeat ad salutem. c. Firmiter. de SS. Trinitate. verùm etiam vt in necessitate adhiberi possit materia dubia, sicut omnes fatentur teste Cörin. q. 66. n. 22. Quod extrema necessitas excusat irreuerentiam, quæ alias in Sacra mentum admitteretur, dum vtendo tali materia exponimus nos periculo invalide illud conferendi. De Pœnitentia ex parte dictum est superius, quæ cum ob necessitatem æquiparetur Baptismo, hic extendere licet ad nostrum propositum, ita quod licet vita prius catholicæ, peracta, dubia sit ma-

A4

teria

teria Sacramenti Pœnitentie, propter necessitatem tamen admitti possit. Hanc necessitatem optimè demonstrat, & per eam nostrum assertum confirmat vir quidam religiosissimus ac doctissimus hoc argumento: Potior est finis Sacramenti necessarij ad salutem, quam ipsum Sacramentum, atqui salus animæ est finis Sacramenti necessarij ad salutem, cum hoc sit tantum medium, ergo salus animæ debet magis attendi, quam ipsum Sacramentum in talis casu. Ergo potius in tali casu debet periclitari ipsum Sacramentum quam salus animæ. Fundatur hoc argumentum in doctrina D. Angelici, qui 2. 2. q. 3. à. 4. ad 1. comparans virtutem Religionis & Misericordiæ. Deum, inquit, non colimus per exteriora. Sacrificia a munera propter ipsum, sed propter nos & propter proximos. Non enim indiget Sacrificijs nostris, sed vult sibi ea offerri propter nostram deuotionem, & propter proximorum utilitatem. Et ideo misericordia, quam subuenitur, defecibus aliorum, est sacrificium ei magis acceptum, ut potè propinquius utilitatem proximorum induens, secundum illud Hebraor. vlt. Beneficentie & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs premeretur Deus. Sic ille, Quem portò fecuti Valsq. 10. 2. in 3. p. disp. 136. c. 3. Pontius de Matrim. l. 10. c. 15. n. 5. & P. Fagnan, p. 1. in

l. 1. 2.

21131

## Additamenta.

9

L. i. *Decretal. de Constit. c. Ne innitaris. n. 379.*  
inferunt in casu necessitatis extremæ, eum,  
qui est in peccato mortali, ministrare posse  
Sacramentum sine peccato, si tempus ita  
vrgeat, vt ministro non sit locus poeniten-  
tiæ, reddentes rationem, quia quamvis sit  
maior virtus Religionis erga Deum, quam  
Misericordia erga proximum; tamen quia  
Deo plus placet, vt proximè, in cuius utili-  
tatem institutum est Sacramentum, succur-  
ramus, quam vt dispositionem aliæ debita-  
tam erga Sacramentum seruemus, idèò tunc  
licitè & sanctè Sacramentum in peccato  
mortali celebratur. Et hoc sensu intelli-  
gunt illud Osee 6. & Matth. 12. Misericor-  
diam volo, & non sacrificium, & scientiam Dei  
quam holocaustum. Addit insuper Vasq. ip-  
sam rationem institutionis suæpote natura-  
lic depositere, ac proinde jure naturali Di-  
uino ita dicendum esse. Nam cum Sacramen-  
tum, inquit, ea ratione institutum sit, vt huma-  
na miseria remedium eferet, ratio ipsa postulat, vt  
non censeatur irreuerenter tractare Sacramen-  
tum, neque Deo iniuriam irrogare, qui urgente  
necessitate eius, propter quem Sacramentum in-  
stitutum est, illud etiam in peccato ministrat,  
quia prius à peccato, sine damno proximi, iusti-  
ficari nequis &c. Non sine ratione proinde  
præmemoratus author subinfert, in hoc

A §

decipi

decipi contrariae opinionis Doctores, quod inter Sacra menta non faciant distinctionem in ordine ad salutem animae, ad quam aliqua necessaria sint simpliciter, alia non. His ego libenter assentio, existimo tamen aliam quoque subesse causam non minus propriam, quod inter Iudicium, quo quis condemnatur, & quo quis absoluitur, non discernant. Etenim quia Sacramentum Pœnitentiae institutum est per modum Iudicij, hoc ipsi putant non posse subsistere, nisi Pœnitens, qui simul auctoris & rei partes sustinet, sese prius de commissis peccatis accuset apud Confessarium Iudicem, qui exinde sententiam ritè proferre queat; vnde quidam sic arguunt: Absolutio ex Concilio Trid. est aetas judicialis, sed Iudicium non exercetur, ubi accusatio nulla est, ergo &c. Ad elidendam hanc persuasionem,

Dico 1. duos actus esse principales, quo omne Iudicium propriè dictum perficitur, absoluere & condemnare. 2. haec duo licet respectu radicis ita connexa sint, ut conuertibilia sint, Gl. in Clem. Cum à repulsione. de appellat. ut qui unum potest, possit & alterum ( eadem est enim potestas ligandi atque soluendi. c Verbum. de Pœnit. dist. 1. c. Cum inferior. de maiorit. & obed.) in exercitio tamen planè diuersum habent procedendi

## Additamenta.

II

dendi modum. Etenim cum condemnari nemo possit nisi legitimè auditus vel saltem citatus. c. Inter quatuor de Maior. absolu tamen potest etiam non auditus, vt patet in exemplo; Cum enim excommunicari nemo possit nisi de contumacia conuictus, absoluitamen potest etiam excommunicatus non solum absens verùm etiam igno rans, imò & iniucus, vt docet P. Coriol. de Casib. reseru p. 1. sec. 2. a. 6. cuius diuersitatis ratio est, quia bonus quilibet in dubio præsumitur. l merito. ff pro facio. c. vniue. de scrut. in ord. & c. fin. de præsumpt. vbi, quod nullus teneatur probare se idoneum, cum idoneus præsumatur, nisi aliud in contrarium ostenda tur. Per maximè autem si quem vita honesta vel alia similia commendant. Barbos. axiom. 37. vbi, quod bonus præsumitur, qui de bono genere natus est. Item, quod ex educatione bo na quis bonus præsumitur.

Dico 3. Extra casum necessitatis, sicuti Pœnitens sui ipsius accusator & simul reus, tenetur omnia & singula peccata mortalia, vt supra dictum, fideliter Confessori suo patefacere, ita vicissim Confessarius ex officio Iudicis, quo fungitur, tenetur omnibus tibi expensis ad condignam Pœnitentiam & satisfactionem condemnare, & absoluere. In casu tamen necessitatis, quando Pœni tens

tens debito modo sese accusare nequit, ac proinde Confessarius non habet, vnde condemnet, non tamen desistere potest à Iudicio, quin possit atque etiam debeat actum alterum, qui est absoluere, huius Sacramenti actus & finis potissimum, exercere, maximè vbi Pœnitens huius aliquid desiderium ostendit, vt patet ex allegatis Canonibus Concil. Carthaginensis & Arausic. præsertim verò c. Agnouimus, 26. q. 6. vbi Cælestinus P. Agnouimus, inquit, pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore hoc animæ sua cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantum piecatis aliquem inueniri, vt de Dei bonitate desperet: quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expidiri desiderat & liberari. Quid hoc, rogo, aliud est quam morienti mortem addere, eiusque animam suâ crudelitate, ne absoluta esse posît, occidere? cum Deus ad subueniendum paratis simus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens (Ezech. 33.) in quaunque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei &c. Salutem ergo homini admittit, quisquis mortis tempore speratam pœnitentiam denegarit; Et desperet de misericordia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficiere, vel in

1112

mo mento

momento posse non credit. Ita sanctissimè Pontifex vestigia secutus sui Capitis, nostri Redemptoris, qui cùm in mundum venisset quærens quod perierat, peccatores non perdere, sed saluos facere, Sacra menta instituit non alio fine, quām ut essent veluti quædam medicamenta, quibus Samaritanus Dominus noster (Magist. sent. 4. dist. 1.) peccati originalis & actualis vulnera sanarentur quoque instrumenta gratiæ, per quæ omnis vera Iustitia vel augetur vel amissa recuperatur. Trid. sess. 7. de Sacr. in proem. & can. 4. Quid ergo miseri erga conseruos nostros tam simus immisericordes, trepidantes timore vbi non est timor, subtrahamus media salutis animæ, pro qua dulcissimus noster Salvator etiam crucifixus mori dignatus est. Hæc ad elucidationem Propositionis maioris, aliquantum præter rectum tramitem, sed non extra stadium.

Minorem propositionem probo 1. ex Conin. qui cum de Sacr. q. 64. n. 103. docuisset, ut quis Sacramentaliter absoluatur, debuisse id petuisse explicitè, sua peccata saltum in genere confitendo. Pro reliquis Sacramentis, ait, sufficit ea implicitè petiisse. Explicans porrò quid sit implicitè petere. Sic, inquit, quicunque vult fieri Christianus, atque adeo omnis qui habet veram contritionem, auctoriam

etiam attritionem de peccatis, quatenus ījs me-  
remur pœnas inferni, aut excludimur à gaudijs  
cœlestibus, censetur implicitè petere Baptismū,  
etsi de eo nihil vñquam audierit; quia talis do-  
lor includit virtuale propositum seruandi om-  
nia precepta ad talem finem necessaria, quorum  
vnum est præceptum suscipiendo Baptismum.  
Item qui catholicè viuit, censetur velle sibi mo-  
rienti conferri Sacra menta ab Ecclesia morien-  
tibus conferri solita: ideoque si subito destitua-  
tur vñrationis, debet inungi; nisi sciatur cerid  
esse in peccato mortali, de quo non sit saltem at-  
tritus, quod non debet facile præsumi, nisi quis  
in ipso actu peccandi ita subiécit destitutio ratione,  
vt humanitüs impossibile sit eum doluisse  
de peccatis: quod si aliquandiu post peccatum  
commisum vñus sit ratione, potest præsumi sal-  
tem attritus esse, vt expreſſe docet D. Aug. &c.  
De S. Augustino paulo post dicturus sum,  
interim in prædictis duo aduerto. 1. posse  
baptizari, qui Baptismum implicitè petiunt  
etsi de eo nihil vñquam audierit, 2. Bap-  
tizatum, qui catholicè viuit, hoc ipso cen-  
seri velle sibi morienti Sacra menta ab Ec-  
clesia morientibus conferri solita &c. Inter  
hæc cum primum locum, quoad necessita-  
tem habeat Pœnitentia, duo quoque infer-  
ro. 1. cum, vt vidimus, eadem sit ratio  
Baptismatis & Pœnitentiae, sicuti baptizari  
potest,

potest, qui Baptismum implicitè petijt, ita posse moribundum absoluī, 2. qui catholice viuit, hoc ipso implicitè petere sibi morienti conferri beneficium absolutionis. Negabit Conin. paritatem in hoc, quod Confessio sit pars essentialis Sacramenti Pœnitentia&c. Respondeo ex eodem disp. s. n. 29. petitio Sacramenti Pœnitentia est implicita Confessio, sed qui catholice viuit, censetur velle sibi morienti conferri Sacra-menta eo casu ab Ecclesia dari solita, ut ait ipse Conin. quale est in primis Sacramen-tum Pœnitentia, ergo, &c.

Probo eandem min. 2. ex s̄pecit. Conc. Araus. quod cum subito obmutescenti sta-tuisset conferenda esse Sacra menta Baptis-mi & Pœnitentia &c. addit: amentibus eti-am quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt, quasi diceret, non solum duo illa, Baptis-mus & Pœnitentia, verūmetiam SS. Eucha-ristiae viaticum. De SS. Eucharistia id ex-preslē statuit Conc. Carthag. cit. c. ls qui. Si continuò, habet textus, creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & insun-datur ore eius Eucharistia. Idem tenent recen-tiores, quos magno numero recenset Bar-bosa in d. 6. Qui recedunt. Vbi, nota, inquit, quod amentibus, qui ante dignè viuebant, vel dederunt signa contritionis, posse Sacramentum

Euchas-

Eucharistie administrari, nam censetur adesse sufficiens, intentio ad suscipiendum Eucharistie Sacramentum &c. Vbi nota, qui ante dignè rivebant, vel dederunt signa contritionis &c. alterutrum nempè sufficit, adeoque quod dignè prius vixerit, licet signa nulla dederit. Clarius hoc edicit. Conin, q. 80. n. 74. nota, inquiens, sufficienter censeri perisse, quisquis catholicè vixit. Nam hoc ipso censetur velle sibi in eo articulo media saluti conducentia tribui. quare danda ei est omnino communio, nisi constet eum esse in peccato mortali, aut timeatur notabilis Sacramenti irreuerentia ratione vomitus, aut similium, atqui teste Bellarmino l. 1. de Pœnit. c. 15. tales à culpa absolutos prius dubitari non potest, cum Viaticum Eucharistiae perceperint, quod Ecclesia nunquam distribuere solet, nisi illis duntaxat, quos à culpa liberos credit, ergo sicut ex eo tantum, quod quis catholicè vixit, S. Communionem accipere potest, potest & Sacramentaliter absolu. Quod, de amentibus, verbis non ambiguis expressit præallegatus Canon. 1. ibi: Reconcilietur per manus impositionem, & infundetur ori eius Eucharistia.

Probatur eadem propositio auctoritate S. Augustini, qui cū interfuerit atque etiam subscripsit præmemorato Concilio Catthag. censendus est omnium optimè sensum

sum illius agnouisse. Is ergo l. 1. de adulteria  
nis coniug. in fine sic de hoc loquitur: Ego  
non solum alios Catechumenos, verum etiam ip-  
sos, qui viventium coniugis copulati retinent  
adulterina consortia, cum salvos corpore in his  
permanentes non admittamus ad Baptismum,  
tamen si desperati, & intra se paenitentes iace-  
rint, nec pro se respondere potuerint, baptizan-  
dos puto, vt etiam hoc peccatum cum ceteris la-  
uacro regenerationis abluatur. Quis enim no-  
nit, virum fortassis adulterina carnis illecebra-  
rsque ad Baptismum statuerant detinere? si enim  
ab illa desperatione recreati potuerint viuere, aut  
facient quod statuerant, aut edocli obtempera-  
bunt, aut de contemptoribus fiet, quod fieri eti-  
am de baptizatis talibus debet. Quia autem bap-  
tismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte  
paenitentem facienda vita periculum praoccupa-  
uerit. Nec ipsos enim ex hac vita sine arrha suæ  
patis exire velle debet Mater Ecclesia &c. De  
manifestis peccatoribus, qui subito vi mor-  
bi oppressi signa paenitentia dare nequeunt,  
baptizari posse, quod ob statum catechume-  
ni presumi possint de præteritis peccatis do-  
lere, id quod necessarium sit, vt baptismus  
prosit, ait Coninck. q. 64. n. 103. esse clarum.  
Alterum tamen de reconciliandis, disþ. 5. n.  
29. ad solos restringit Paenitentes, qui ob  
commissum aliquod publicum crimen, an-

B

tequam

tequām à peccatis absoluenterur & ad Communionem admitterentur, cogebantur diu publicam pœnitentiam agere. Sed hoc gratias dici, atque doctrinam S. Augustini peræquè omnes Christi fideles concernere non minus clare demonstrant sequentia. 1. quod S. Doctor, absque exceptione, parem dicat esse causam baptismi & reconciliationis. 2. quodd causa cur baptizari possint, nempe præsumptio doloris interni, non minus necessaria sit in reconciliando quām baptizando, neque aliud indicant verba: si forte pœnitentem vitæ periculum preoccupauerit quām si diceret, qui in tale periculum venit, forte internè doleat, ut de baptizando dixerat. 3. quodd hoc æquè vel magis præsumi possit, de fideli, qui catholicam vitamducere solebat, atque peccata frequenti vslu Sacramentorum expiare, quām de Catechumeno, vt enim Caiet, ait, 2. 2. q. 185. a. 5. propè finem vnlusquisque præsumitur pœnitens in fine vita suæ, quando cum S. Ecclesie communione recedit &c. quod minus conuenit constituto in statu publica pœnitentiæ, qui extra communionem erat Ecclesiæ, Infamis & Irregularis ad suscipiendos ordines. Quod si tales ad seculares illecebras redierant, nō solùm à communione Dominicorum Sacramentorum, verū etiam à conuiuio fidelium

una

mūp

um excludebantur. 4. Id ipsum manifestā demonstrant verba, quibus D. Sanctus docet, quid agendum sit cum Baptizatis in infirmitate desperata, nempē quod fieri etiam de Baptizatis talibus debet, hoc est de Baptizatis, qui criminē adulterij, vel alio simili irretitiā in simili casu infirmitatis absolvebantur, qui si forte reconvaluerint, iudicio debent stare Ecclesiā. Denique cur Mater Ecclesia publicē Poenitentes sine arrha suae pacis exire nolle debeat, non autem filios mortigeros?

Facile iam est ex hucusque dictis oppositas instantias retundere, ad argumentum enim 1. Sacramentum sine parte sua essentiali non potest confici, sed hic deficit pars essentialis scil. Confessio & dolor sensibilis, ergo &c. 2. concessa maiori nego minorē, quia in hoc casu adest aliquo modo materia, qua per testificationem & famam probitatis moribundi efficitur præsens. *Basis 10. 1. V. Absolutio. n. 13.*

Ad fundamenta Conin. sufficienter quoque constat ex antedictis Sacramentalem Confessionem in casu necessitatis magnam pati latitudinem, non quidem ut penitus tollatur, quam ob rem neque Baptismus etiam dari potest sine aqua, sed cum extra casum necessitatis Iure diuino requiratur in-

B 2

tegra

tegra omnium peccatorum mortaliuum post baptismata commissorum, quantum fieri potest, enarratio, in casu necessitatis, si plus à moribundo prestari nequit, pro Confessione sufficiat vita catholice prius peracta, qua materia et si dubia sit, in fauorem tamen animarum alias aeternè pereuntium, admitti possit, sicut de baptismo superius dixi.

Allegatos Canones pro nobis facere potius, quam aduersariis satis ostensum credo. Magis obstare dictis videtur, quod in Conc. Tolet. 12. c. 2. sub Agathone An. 681, statutū legitur: Sacerdotes, qui nō sententi, neque pénitentia ausu temerario pénitentiam dederint, neque se exhortatu eius, qui pénitentiam accipit vel magnum indicij vel quibuslibet alijs evidentibus significacionibus in uitatum fuisse probauerit, unius anni sententia Excommunicationis subiacebit &c. Veium hoc quoq; Concilium illo Canone opinioni nostræ fauere potius quam aduersari clare perspiciet, qui totum contextum inspexerit. Res ita se habet: Quia contigit, ut ibi refertur, multos in salute (dubia) positos ultimum desiderare pénitentia fructum, & rursum alios nimietate aegritudinis ita loquendi & sentiendi naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis sue videretur inesse, nullo etiam pristine devotionis noscerentur desiderio anhelare &c. ex fraterna condolentia non

non solum Pœnitentia donum, hoc est, ab-  
solutio, iniuncta simul iuxta SS. Canones  
peragendâ pœnitentiâ, verum etiam ultim-  
um fuerat ijs tributum viaticum, ne sine  
fructu pœnitentie viderentur transire è sae-  
culo &c. horum aliqui cum quandoque  
pristinæ sanitati restituti iniunctas pœnitentia-  
tias grauiores facere grauarentur, afferentes  
ideo se nullis Regulis Ecclesiasticae discipli-  
nae sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam  
nec ipsi petierint, nec consentientes acceper-  
int; Ipsum Concilium velut ingratos &  
acceptæ gratiæ turpiter immemores cum acriter  
reprehendisset, statuit 1. vt sicut baptis-  
ma, quod nescientibus parvulis accipitur,  
in fide tantum proximorum, ita & pœnitentia donum,  
quod nescientibus illabitur,  
absque impugnantia violationis, hi, qui  
aceperint, obseruent, alias tanquam pa-  
ternarum regularum transgressores puni-  
endi. 2. ne porrò in posterum ob iniunctas  
pœnitentias grauiores ansa daretur excipi-  
endi disciplinam Ecclesiasticam, decreuit  
insuper ne Sacerdotes passim & licenter do-  
num pœnitentia non pœnitentibus audeant  
prorogare, hoc est, pœnitentias graues  
iuxta SS. Canonum præscriptum tempore  
diutiori peragendas imponere, nisi ex  
hortatu eius, qui pœnitentiam accipit, vel

B3

manuum

manuum indiciis vel quibuslibet aliis euidentibus significacionibus inuitatum fuisse probauerit &c. Sentit ergo Concilium legitimam fuisse pœnitentiam seu absolutiōnem, Gl. in c. Is qui. 27. q. 6 non solum quæ data fuit eam petentibus, verū etiam ijs, qui nimietate ægritudinis ita loquendi & sentiendi naturale perdiderant officium, vt nulla illis cura salutis suæ videretur inesse, idēd enim traditum fuerat. S. Eucharistia Viaticum, quod, vt ante memini ex Bellarmino nullis datum fuit, nisi à culpa forent absoluti; Idēd etiam tam acriter redarguit eos, qui sanitati redditi renuerent, acceptam etiam nescientes pœnitentiam iuxta morem Ecclesiæ, completere, tanquam integratos Dei beneficiis & gratiæ largitoris, quâ bene vsl poterant consequi absolutiōnem facinoris &c. Neque obstat, quin etiam hæc ipsa magis confirmat, quod propter aliquorum ingratitudinem vetuerit temere passim & licenter donum pœnitentia non pœnitentibus prorogare seu seueriori ac diuturnæ pœnitentia subjcere, qua reconvalescentes territi omnes Ecclesiasticae disciplinae regulas contemnerent.

IV. Maneat ergo nostrum assertum de moribundorum, qui nullum dederunt exterioris de pœnitentia signum, præter anteactam, vt Catho-

Catholicum decet, vitam &c. absolutio-  
ne, non esse tam improbabilem, ut quidam  
arbitrantur, atque adeo merito Cotonius su-  
pratit. licet alteram teneat sententiam, nu-  
mero tamen 70. in predictis casibus abso-  
lutionem non solum dari posse, sed etiam  
debere, hominibus quoque malæ famæ, ex  
notitia externa generali, quod in tali arti-  
culo homines, quantumvis perditi, Confes-  
sarium petant. Et ita, inquit, etiam ego cen-  
sec, quia verae sententia est probabilis (poste-  
rior saltem per locum extrinsecum) & nulli  
præjudicat, & consequenter in defectu alterius  
remedij certioris, usurpari potest in necessitate,  
arque etiam debet ad subueniendum extremo  
proximi periculo circa aeternam salutem. Hæc  
ille.

Eodem V. Absolutio generaliter. pag. 14.  
lin. 25. post verba; P. Cyprianus cit. adde: ab  
isto comparandi onere post reconualescen-  
tiam Religiosos simpliciter eximit Priuile-  
gium Sixti 4. relatum n. 6.

## Absolutio quoad Fratres.

5. Declarationes generales circa Confessiones  
Nouitorum, & juniorum Fratrum.
6. An valida Confessio juvenum furtiuè facta;
7. Nouitius subreptitiè eligens sibi Confessa-  
rium

rium præter deputatum expelli potest à Religione.

**A**d n. 18. Eam concessionem verbotenus etiam, ex Peregr. in Comp. Theat. p. 2. tit. Absolutio. § 7. refert Cotonius Controv. Celebr. l. 4. controu. 9. c. 5. n. 86. & contra Dianam tuetur non esse restrictam Prælatis erga subditas sibi Moniales; quoad Religiosos vero, saltem quoad casus non publicos, ne quoad hæresin quidem, eo quod SS. Pontifices, quoad Sacramentum Pœnitentia velint Regulares à suis Prælatis dependere, nec hoc illuc pro absolutione ire cogi, quod & Religioni incommodū, & Religiosis ipsis perniciōsum est, teneanturq; quadātenus impedimento perpetuo, quominus Romanū se conferant. Ad Bullam Cœnæ & alias revocatorias, interpretationesque Cardinalium respondet revocari tantum quoad Sæculares, nemp̄ ut reseratio & prohibitio cadat in Regulares, non ut pœnitentes, sed ut Confessarios & in ordine ad sæculares, ita declarante Papa Clemente 5. & S. Congregatione facto verbo cum ipso &c sed quid causa superest textum Pontificia concessioonis expressum & verba tam aperta restringere ad casus occultos, si Regulares perpetuo tenentur impedimento? si Papa non vult pro absolutione hoc illuc discurrere,

sed

Additamenta.

25

sed à suis Prælatis simpliciter dependere: si  
hunc suum esse sensum ac beneplacitum  
absolutè Pontifex declarauit & Em. DD.  
Cardinalibus edixit?

Circa Confessiones Nouitiorum pecu-  
liariter h̄ic animaduertendum est Decretum  
Clem. 8. in Bulla: Cum ad Regularem. apud  
Laëri. Cherub. n. 83. Quod ipsi Magistro No-  
uitorum soli Confessiones audiendi cura commit-  
tatur, ita tamen vt Superiori etiam locali lice-  
at, sīta expedire iudicauerit, vel per seipsum, vel  
per alium ab eo deputandum, semel aut bis  
in anno corundem Nouitiorum Confessiones au-  
dire &c. Extensem hoc fuit in Capit. Ge-  
ner. 1637. usquead quadriennium Religio-  
nis inclusiū, & facte insuper sequentes  
Declarations. 1. Confessiones audire spectat  
non ad Magistros tantum, sed ad Guardianos  
omnes in quorum Conuentibus illorum aliquis  
reperitur. 2. Prædictos juvenes gaudere bene-  
ficio Religionis, vt in itinere confiteantur socio  
Confessario. 3. Confessarium à Guardiano suo  
illis offerendum quinques vel sexies ex debito.  
4. etiam frequentius posse Guardianum offerre  
Confessarium vel etiam quando ei placuerit. 5.  
juvenes prædictos non posse sibi m̄erit eligere Con-  
fessarium, quando non offertur, sicut neque Mo-  
niales. 6. Guardianos posse non audire eorum  
Confessiones, non debere. 7. Posse Guardianum

V.  
Declara-  
tiones ge-  
nerales  
circa Cō-  
fessiones  
Nouit. Et  
jūniorum  
FF.

BLB

B5

affignare

assignare aliquem non genericè, sed nominatim,  
8. teneri prædictos in absentia Guardiani, con-  
fiteri Vicario. 9. non posse oblatum Extraordi-  
narium recusare, quasi juri suo cedentes, sub  
asseruatione forsan, Guardianū plus ceteris ar-  
ridere. Concessio enim emanata ab Urba-  
no 8. habet: Cui confiteri teneantur, oblatio  
nem pè Confessario. 10. De lieto, hic dicet ali-  
quis, an de valido? ut nempè inualida sit Con-  
fessio juuenum, si furtim inconsulto Guardiano  
alicui confiteantur. Ad affirmatiuam inclinante  
confessio fur. Decisores, dum casum proponentes; vtrum si  
tunc fa- juuenis aliquis reseruato irretitus casu alijs Con-  
fessario à suo Magistro confiteatur & Confessari-  
us super se acceptet obligationem præsentationis?

postmodum verò idem juuenis pro maiori Con-  
scientia securitate mouetur ad confitendum suo  
Magistro, à quo obligatur ad præsentationem:  
an, inquam, posit eam subterfugere, quasi ac-  
ceptatam ab alio? Respondent: supposita priori  
Confessione inualidà ob defectum Confessarij non  
habentis jurisdictionem, prædictum juuenem  
manere obnoxium obligationi se præsentandi.  
Quæ responsio satis ad mentem Pontificis videtur  
esse in sua Decisione dicentis: Prædicti juenes  
non possunt alijs conficeri. Ita Decisio, quæ por-  
rò subiungit, hunc casum non esse absolute  
decisum. Cum igitur denud proponeretur  
alio Capit. Gen. Anno 1650, facta est se-  
quens

quens Declaratio : Nouitiorum & juniorum nostrorum Confessio alij facta, quam proprio Magistro, in alio Capitulo declarata fuit inualida; in hoc responsum : Probabilius dicendum, validam esse, et si illicitam &c. Inualida erit, si prohibitio Superioris interueniat, puta si mandaret, ne Confessarij in Monasteriis, excepto Magistro, audirent Confessiones Nouitiorum, neque eos absoluuerent. P. Vecch. in Praxi Nouit. disp. 9. dub. 3. n. 4. quiporro n. 7. contra Soar. docet, Nouitios virtute Bullæ Cruciatæ (aut similis indulti alterius) eligere sibi non posse absque Superiorum licentia, qui eos à reseruatis absoluat. Ratio illius, qua etiam N. P. Cyprianus in Reg. c. 7. lect. 17. vers. an vero. vniuersim probat Nouitium, sine licentia Superioris, extra Ordinem, absolui validè non posse à censuris Ecclesiasticis reseruatis, est; quia licet Nouitij propriè Religiosi nō sint, nec ad Regulam Ordinis, quam necdum voverunt, obligati, sunt tamen proprie subditi, qui cum similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentire debent in legibus disciplinam, vt ait Alexander P. c. Dolentes de statu Monach. vbi proinde Cistercienses exhortatus; si volueritis, inquit, ad communia aliorum Monasteriorum jura dexterere, oportebit voscommuni jure censeret.

Ad

28      *Additamenta.*

Ad quæ Glossa consequenter notat, quod duplice jure censeri quis non debeat. Aduertit insuper ibid. P. Vecch. ex Rodriq. to. 1. qq. Reg. q. 21. a. 11. posse per Prælatum expelli à Religione Nouitium, qui subreptitiè eligit sibi Confessarium præter deputatum, ad Confessiones Nouitorum audiendas, equidem talem actionem esse saltem grauem deordinationem contra bonam Religionis disciplinam, nemo dubitat.

VII.  
Nouitius  
expelli  
potest.

*Absolutio quoad Itinerantes.*

8. In Confessario requiritur Iurisdictio Ordinaria, vel delegata.
9. Quid sit Iurisdictio Ordinaria.
10. Qui eam habeant, & quibus delegare possunt.
11. Regularium Confessarij à Superioribus constituti possunt etiam non approbati ab Episcopis.
12. Circa delegationem Iurisdictionis determinationes factæ in Religione nostra.
13. Regulares num extra Ordinem suum confiteri valeant.  
*An Capucinus cum licentia Generalis.*
14. An tempore Iubilai, vel in itinere.
15. Requisita pro Confessario Fratrum.

16. Pan-

Additamenta.

29

16. Pœnitentes Confessario deputato pro sua familia confiteri debent.
  17. Iurisdictio voluntaria ubique etiam extra territorium exerceri potest.
  18. Confessarius Regularis subditum sui Conventus ubique absoluere potest.
  19. Confessarij nostri Sacularium, quando in aliena Diocesi Confessiones excipere possint.
- Capitula generalia tantum concedunt  
Prouincij vsum audiendi Sacularium  
Confessiones.
20. Vnivel aliquot fratribus P. Generalis, & P. Procurator Curiæ soli.
  21. Seculares itinerantes Parocho loci, vel approbato pro talis loco confiteri possunt.
  22. Literæ ea intratione à sua Parochia discedentes. Item die ut à iejunio loci libarentur.
  23. Quibus Capucini itinerantes.
  24. Cognita mutatione è loco Confessarij an continuò cesser facultas excipiendi Confessiones.
  25. Declarationes factæ in nostro Capitulo Prouinciali.

26. Ita-

26. Itinerantes sibi iniuciem conficeri posunt,  
quisque suo socio.  
*Casus aliqui resoluuntur.*
27. Capucinus Confessarius existens in Mona-  
sterio alterius Ordinis quando posse  
excipere Confessiones Regularium illi-  
us Ordinis.

**Q**uod fratres Capucini socialiter itine-  
rari & ex diuersis conuentibus ad  
loca differentia venire & convenire sæpe-  
numero soleant, occasionem præbet multis  
quæstionibus, qua cum apud authores vix  
aut nullatenus pertractata reperiantur, va-  
ria patiuntur Iudicia & ex hoc plus non ra-  
tio scrupuli quam solidæ resolutionis subo-  
titur. Iis resoluendis recolenda sunt paulo  
altius prima huius rei fundamenta.

VIII.  
*In Confes-  
fario re-  
queritur  
Iurisdi-  
ctio.*

Sit ergo fundamentum 1. Confessarius;  
ut validè possit absoluere extra mortis articu-  
lum à peccatis mortalibus aliàs non con-  
fessis, Iurisdictionem habere debet vel ordi-  
nariam vel delegatam: absolutio enim Sa-  
cerdotis est adinßar actus Iudicialis, quo à Sa-  
cerdote velut à Iudice sententia pronuntiatur,  
ut definitum est in Conc. Trid. seß. 14. c. 6.  
can. 9. & c. 7. Quoniam igitur ( ait cit. c. 7. )  
natura & ratio Iudicij illud exposcit, ut sententia  
in subdiuersis duntaxat feratur, persuasum semper  
in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus  
hac

## Additamenta.

31

hec confirmat, nullius momenti abolutionem  
eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert,  
in quem ordinariam aut subdelegatam non ha-  
bet Iurisdictionem. Ita S. Synodus.

2. Iurisdictio ordinaria est illa, quam de Iure habent, qui ex vi proprij muneris & officij sunt Superiores ordinarij suorum subditorum, & in praesenti materia dicuntur illam habere omnes illi qui ex officio sunt Pastores, & habent curam animarum, qui propterea possunt & habent facultatem illam alijs committendi, sine qua etiam nemini licet alterius subditi confessiones excipere. c. omnis utriusque de Poenit. c. Placuit, d. 6. de Poenit. Ita ut nullâ quoque consuetudine possit introduci, quod aliquis praeter sui Superioris licentiam Confessorem sibi eligat, qui eum possit soluere vel ligare. ut dicit c. 2. de Poenit. in 6. & ex dictis manifestè sequitur, quod ad Confessionem validam nemo sit minister idoneus nisi qui potestatem habet vel ordinariam, vel delegatam, quæ aliud non est, quam potestas accepta ab eo, qui Iurisdictionem habet ordinariam, per licentiam, expressam vel tacitam, cum scil. vidente, & sciente ac tacente Sacerdote proprio, qui potest contradicere & non contradicit, Sacramentum ipsum Poenitentie administratur. Dico licentiam expressam vel tacitam, sufficit enim alterutra, ut proba at

DD.

IX.  
Quid sit  
Iurisdi-  
ctio ordi-  
naria.

X.

DD. apud Bassa V. Confessarius. II. n. 16. & 17.  
 & quantum ad licentiam tacitam, singula-  
 riter ostendit Azor. 10. 1. Instit. I. s. 6. 19. §.  
 nulla Consuetudine. Cum duæ Ciuitates duo-  
 bus Episcopis subiectæ, sibi invicem sunt  
 subiectæ, ita quod incolæ vnius oppidi, vsu  
 & more, peccata alterius Ecclesiæ præfecto  
 consitentes ab eo possint solui vel ligari, id  
 enim fieri tacito Episcoporum & Parochio-  
 rum consensu.

X. 3. Ordinariam Iurisdictionem in om-  
*Qui eam* nes habet S. Pontifex, eiusque summus  
 Pœnitentiarius, Episcopi in suos Diœcesa-  
 nos Parochus & Parochi Vicarius perpetuo-  
 us in suos Parochianos. In ordine nostro  
 Generalis in totum ordinem, Prouincialis in  
 Prouinciam, & superiores locales in suum  
 Conuentum, qui omnes proinde suam po-  
 testatem alijs quoque respectiuè committe-  
 re ac delegare valent, Papa quidem absolu-  
 tè, cui voluerit Sacerdoti pro tota Ecclesia,  
 pro quolibet loco, & quibuscumque pecca-  
 tis, etiam absque consensu Episcopi seu pro-  
 prij Parochi, prout de facto FF. Prædicato-  
 ribus & Minoribus primū Clemens s. in  
 Clem. Dudum. de sepulturis. Et Benedictus II.  
 in Extrav. Intercuncta. de Priuile. postmodum  
 vero ijsdem, & Religiosis alijs, varij alij  
 Pontifices potestatem dederunt audiendi

*Confessiones*

*Additamenta.*

23

Confessiones omnium fidelium, postquam iuxta  
Trid. sess. 23. c. 15. ab Episcopo ad audiendis  
Confessiones approbati sunt, ita quod  
Episcoporum aut Pastorum vltorilicen-  
tia opus non habeant, vt ipsorum subditorum  
Confessiones audiant, cum sufficiat il-  
lis ad hoc licentia obtenta à Pontifice. Co-  
nin. disp. 8. n. 29. Potest idem & Episcopus  
in toto suo Episcopatu, nisi tamen Papa re-  
sistat vel reseruet. c. Quoniam. Etc. Inter cu-  
etas. de off. ord. Similiter etiam Parochus in  
tota sua Parochia, cum simili verò limitati-  
one, vt Superior non resistat vel impedit.  
Nau. in c. Placuit. de Fœnit. Atque his qui-  
dem vltra reseruationem multorum casuum  
S. Trid. Conc. sess. 23. c. 15. singulariter, in-  
hibet, ne possint amplius suam Iurisdictio-  
nem delegate ad Confessiones audiendas,  
nisi illis, qui aut ab ordinario priùs fuissent  
approbati, & tanquam idonei declarati per  
approbationem examinis, vel habeant Pa-  
rochiale beneficium &c.

Idem etiam judicium est de Regularibus:  
nam Generalis pro tota sua Religione, po-  
test pro suis Subditis suam potestatem alijs  
delegate, Prouincialis pro tota sua Prouin-  
cia, Superior localis pro suo Monasterio.  
Sed hi cum proprium habeant & peculia-  
tem gubernandi modum independenter ab

C Episco-

XI.  
Regulari-  
um Con-  
fessarij à  
Superio-  
ribus com-  
petui pos-  
sunt, et z  
nō appro-  
batus ab  
Episcopis.

Episcopis, possunt suis Subditis Confessarios etiam non approbatos ab Episcopis exponere, quia hoc poterant antiquo iure communi, & per Conc. Trid. nihil est innouatum quoad Regulares, ait enim; *Confessiones Sacularium aut Presbyterorum Sacularium &c.* nullà factà mentione Regularium. Vnde sequitur ( vt benè notauit Nau. in Man. c. 4. n. 7. & in hac quoque Summula ostensum est V. *Absolutio quoad Sacul.* n. 32. ) quod si Religiosus nunc haberet facultatem à suo Prælato eligendi sibi Confessarium, quem maluerit, posse eligere quemcumque Sacerdotem aliás idoneum, quamuis ab Episcopo approbatus non esset.

## XII.

*Circa delegationē  
Inris/destinationis De-  
termina-  
tiones ge-  
nerales.*

*Circa præsentem Delegationis materiam*  
in Ordine nostro factæ sunt sequentes determinations. 1. Concessum est in ordinationibus Generalibus Anno 1633. PP. Definitoribus Generalibus in actu, ut sint deputati Cōfessores pro universis torius Religionis Conuentibus; Definidores Provinciales pro cunctis Provinciæ locis, & Custodes pro sua custodiâ. Mentionē huius facio etiam V. *Confessarius.* n. 95. 2. Cum Clemens 8. in Bulla de Casibus reservi, decreuisset, vt Superiores in singulis domibus deputent duos aut tres seu plures Cōfessarios, pro Subditorum numero maiori vel minori &c. consultus propterea Card. Toletus à nostris Patribus,

*Additamenta.*

35

tibus; de mente Pontificis respondit; deputandos esse Confessarios secundum numerum proportionatum numero Paenitentium, ita quod ubi sunt pauci Paenitentes, possit sufficere unus, & ubi erunt plures, erit ad libitum Paenitentium eligere unum ex illis, sed electo uno non poterit mutare sine licentia Superioris loci &c. Ad hanc ordinatum fuit in Capit. Gen. 1618. ut Confessores eiusmodi instituantur in Capitulo à PP. Definitionis secundum necessitatem locorum cum signo ♣ aut simili, prout melius videbitur, in tabula. Quod sive annum, sive ex morte, sive ex mutatione, contingat aliquis defectus, poterit P. Guardianus substituere alium in illius locum, quoque P. Provincialis aliam prouisionem faciat. Deputare autem alios non possunt, nisi Sacerdotes illos, qui prius à Provincialibus pro Provincia, aut à Generali pro toto Ordine fuissent approbati. Ex communi Religionis praxi, quam per totum nostrum Ordinem obseruat testatur P. Politius in Reg. S. Francisci, c. 7. n. 39. & P. Gesuald. Theol. Mor. p. 1. tr. 24. t. 1. n. 36. In casu tamen necessitatis, nullo in conuentu praeter se Confessatio existente, Guardianum seu Vicarium deputare posse Sacerdotem necdum à Provinciali ad confessiones audiendas admisum,

C 2

missum,

missum, decisum est in Capit. Gener. 1643.  
 3. Secundum ordinationes Generales An: 1650. 1656. confirmatas insuper 1662. Fra-  
 tres qui admissi fuerint ad Confessiones au-  
 diendas, non possunt eas audire nisi ad hoc  
 insuper deputati fuerint in tabula Capitu-  
 lari pro suis locis, in quibus etiam id ipsum  
 exercere nequeunt, quam pro tempore, quo  
 deputati fuerint. Deficientibus in familijs  
 Confessoribus deputatis, sive propter loci  
 mutationem, sive infirmitatem, sive quid  
 aliud, P. Guardianus subito certiorem faci-  
 at P. Provincialē, & interim pro necessitate  
 prouideat. 4. Ab Heluetica nostra Prouin-  
 ciā declaratum aliquoties fuit, cum sapientius  
 contingat inter Capitula mutari Cōfessores  
 deputatos pro certis Conuentibus ad con-  
 uentus alios, pro quibus ceteroquin depu-  
 tati non fuerant, posse nihilominus eodem  
 officio fungi, quem ac in priori conuento po-  
 terant, pro toto illo tempore intermedio ab  
 uno Capitulo ad alterum. 5. Praterea de-  
 claratum fuit in Ordinat. Gen. 1633. Con-  
 fessarios pro uno aliquo conuento depu-  
 tatos, facultatem excipiendi Confessiones

XIII. alibi non habere, quam ubi sunt de familia.

*Regulares* 4. Prater id quod Iure communī vniuer-  
*nū extra* sim cauetur, ne quis absque licentia proprij  
*Ordinem* cōfessors &c. Pastoris, illius Subditorum confessiones  
*cōfessors &c.* excipiat,

excipiat, eodem specialiter pro Religiosis leāt, ma-  
confitutum est c. Inter cunctas. Extrau. de ximē Caa-  
Priuil. vt nemo Religiosos, qui secundūm pucini.  
Statuta suorum ordinum proprijs Prælatis  
confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur  
alijs, prohibentur, absoluat. Specialius ad-  
huc Sixtus 4. in Mari magno Min. apud Lez-  
an to. 1. Franciscanis interdixit: Ne aliquis  
eorum, nisi necessitatīs urgētis articulo, alijs,  
quam suis Prælatis, peccata sua confiteri præsu-  
mat, vel alijs eiusdem Ordinis Sacerdotibus se-  
cundūm Regulam & ipsius Ordinis instituta.  
Vniuersis autem Ecclesiarum Prælati, & alijs,  
ne Confessiones eorum audire, inuitis ipsorum  
Superioribus &c. præsumant. Idem constituit  
Clemens 4. in Mari magno eiusdem Or-  
dinis, inserto statutis Generalibus PP. Re-  
formatorum. c. 6. §. 24. Et Bonifacius 8.  
apud P. Politium in c. 7. Reg. n. 41. Qui exin-  
de n. 42. colligit, nedum nobis omnibus  
esse prohibitum extra Ordinem confiteri,  
sed etiam ex consequenti, Ministris, etiam  
Generali, prohiberi, ne alicui Sacerdoti,  
qui nostri Ordinis non sit, facultatem fa-  
cere possint audiendi fratrum confessiones,  
nisi in necessitatīs articulo, & nostri Ordi-  
nis Sacerdotes non adessent. Et quidem  
quoad casus reseruatos, si non præceptum  
expressum Regulæ sit, vt volunt Hugo,

C 3

Pisan.

Pisan. & Speculum; negari tamen non posse, secundum Regulæ mentem esse, ut extra ordinem fratres nullatenus confiteantur saltem de reseruatis. Regula enim peccantes fratres non ad alios quam ad Ministros Ordinis mittit. Et sic Bonif. 8. in sua Confis; expressè tradit. Porro necessitatis articulum hinc esse sumendum, non tantum pro articulo seu periculo mortis, sed pro quacunque aliâ necessitate ad id iusta cogente, ut si necessariò ad evitandum scandalum manifestum, debeat Sacerdos celebrare, & Confessariū seu Sacerdotē Ordinis, cui confiteatur, non habeat. Vel si in terris reperiatur infidelium, ubi nostri Ordinis Sacerdos non sit, & huiusmodi tradit ibidem P. Politius, idemque P. Cyprianus in *idem c. Reg. lect. 24.* dicens hunc necessitatis articulum accipendum non esse pro mortis articulo, de quo alibi, sed pro quauis iusta & rationabili causa, qualis esset, si quis sine admiratione sacram, vel Eucharistiae sumptionem non posset omittere, indigeretque confessione præviā: tunc enim non habentem copiam Prælati, posse confiteri alteri Sacerdoti, etiam extra ordinem, si non adesset Sacerdos eiusdem ordinis; addit. autem hic auctor; nisi forè per statuta Generalia aut Provincialia id prohibitum fore, quia tunc opporret se gerere,

vere, sicut qui copiam Confessarii omnino non habet; & si necessitas vrgeret communicandi, conteri de peccato, & sic communicare &c. Superest idem, ut ostendam, extra mortis articulum seu periculum, Simpliciter nobis esse prohibitum confiteri extra ordinem cuicunque, vel Regulari, vel Sæculari Sacerdoti. Omissis autem nunc ijs, quæ ad hoc propositum dixi. V. Absolutio quoad FF. n. 27. Et, V. Absolutio quoad Sæculares n. 50. atque in addit. ad eund. locum. Ne quidem Iubilæi tempore satis tutò Regulates extra suum ordinem confiteri posse, propter Decreta Clem. 8. & Vrbani 8. qui quantum ad Sacramentum Pœnitentiae seu Confessionis, Regulares omnimode volunt esse subiectos dispositioni suorum Prælatorum &c. inuitis suis Superioribus &c. Factæ sunt iteratis vicibus in Generalibus Capitulis definitiones id expressè prohibentes in primis Anno 1637. his formalibus: *Caputinus copiam non habens Confessarij Capucini, & in mortali existens &c. & extra Monasterium, an teneatur vel possit sæculari Presbytero, vel alicui aliorū Regularium confiteri? cum pendeat ex voluntate Superioris Capucini, Iurisdictionem concedentis externo super nostris; consultus M. R. P. Generalis illius temporis respondit: facultatem huiusmodi tantum abesse, ut præstaret, quod insuper prohi-*

XIV.  
An tempore In-  
bilis, vel  
in itinere.

beat. Huiusmodi ergo se gerere debet, sicut cù  
deest Confessarij copia. Similiter & An: 1650.  
Super facultate confitendi peccata extra or-  
dinem, iterum declaratum est fore licitum  
& validum, si quis nostrum cum facultate  
expressa seu interpretatiua sui Prouincialis  
id faceret. Definitio tamen Generalis cen-  
suit non esse concedendam eiusmodi licen-  
tiam à Prouinciali, & interpretatiæ nul-  
lum dari locum, cum Superiores semper re-  
nuant. Ac demum An: 1662. decisum ha-  
betur: Concionator ex nostris tempore Quadra-  
gesima absens à Conuentu cum socio Laico, in-  
cidens in peccatum mortale vel reservatum, non  
debet patefacere sacramentaliter sua peccata  
Presbytero sæculari, iuxta morem Religionis,  
qui est; vt se gerat, ac si Confessarij copiam non  
haberet, & Pater Generalis huius Capituli nul-  
li licentia impartitur confitendi Presbytero &c.  
An hæc legitimè fiant à Superioribus, cum  
habens conscientiam peccati mortalis ex  
jure Diuino teneatur confiteri ante Comu-  
nioneim, vid. P. Cyprian, in c. 7. Reg. lech.  
24. & Summulae huius n. 96. in fine.

XV.  
*Requisita  
pro Confessario  
Fratrum.*

5. Quantum ad ipsos pœnitentes intrà  
ordinem confiteri volentes, ait noster Sor-  
bus in Comp. Priuul. ad V. Absolutio ordin.  
quod FF. in § 5. & 7. multos Summos Pon-  
tifices nostræ Religioni concessisse, vt Fra-  
tres

eres possint de materia peccati mortalis  
confiteri cum quouis Ordinis Sacerdote,  
etiam si à Prælatis suis licentiam nō petant,  
cum omnes pro fratribus sint idonei. P.  
Cyprianus in Reg. c. 7. l. et. 25. Etsi conces-  
sionem hanc seu concessiones nullibi se in-  
uenire dicat, ait tamen, authoritati istius  
Patris inniti hac in parte tuto quem posse.  
atqui factæ, post illorum PP. scripta, quos  
paulò ante recensui, declarationes Genera-  
les, apertè significant non omnes Sacerdo-  
tes pro fratrum confessionibus excipiendis  
esse idoneos, sed approbatos tantum à Ge-  
nerali vel Provinciali. Imò ne tales quidem  
adhuc esse Idoneos audire Cofessiones fra-  
trū, nisi quādo in aliquo cōventu fuerint de-  
putati Confessarij vel à Capitulo vel à Guar-  
dianis illius conuentū, docet P. Gesuald. p.  
1. Theol. Moral. tr. 24. c. 1. n. 37. Non enim  
approbatio dat Iurisdictionem, quia sim-  
plex approbatio est solùm declaratio de suf-  
ficiencia talis Sacerdotis, vt possint deinde  
deputari à minoribus Prælatis in Confesso-  
res idoneos. Hoc expressis verbis declara-  
tum est in Ordin. Gen. Anno 1633. quæ  
ita sonant: nouerint etiam fratres vniuersi  
Sacerdotes à P. Provinciali admissos non posse  
confessiones excipere, nisi ad hoc particulariter  
deputati sint, quia iurisdictione actualē non ha-  
bent, que illis confertur, dum à Superiori Con-  
fessores pro aliquo Couentu deputantur, qua &  
aufferrī

Cs

aufferrī

aufserri rursus ab eis potest, quantumvis aliquando deputati fuerint &c.

## XVI.

*Confessio-  
rio depu-  
tato pro  
sua fami-  
lia Peni-  
gentes co-  
fiteri de-  
bet.*

Vtrum in itinere possint Confessiones audire, dicam inferius. Interim ad Penitentes quod attinet, qui non sunt Itinerantes, alteri confiteri nequeunt, quam deputato pro sua familia, nisi expressam habeat a suo Superiori licentiam, iuxta dicta V. Confessarius n. 95. Ex deputatis autem, Superiori non licet suis Subditis assignare Confessarios, sed liberum omnino manet, iuxta declaracionem Papae per Card. Toletum datam P. Anselmo, facta postmodum etiam Cardinali, cuius Subditorum pro suo libitu aliquem eligere, electum tamen mutare non potest absque licentia Superioris loci. Putant aliqui etiam tum necessariam esse licentiam Superioris, cum quis absente Confessario iam electo, vult alteri similiter deputato confiteri ut celebret Missam quotidiana; sed verius est oppositum, quod tradit P. Cyprianus l. c. & probat usus, in tali casu non esse necessariam Superioris licentiam, cum enim absit eius Confessarius, se habet ac si nullum adhuc in familia haberet Confessorem, qui proinde aliquem ex deputatis potest ad libitum eligere. Vtrum valida sit Confessio, si quis mutato Confessario alteri sine causa & licentia confiteatur vide V. Confessarius.

fessarius. n. 94. Qui Guardianum in Confes-  
 forem acceperit, licet ei semper liberè nulla  
 petita licentia transite ad alium ex deputa-  
 tis, cum Bulla Clem. absolutè velit non li-  
 cere Superioribus audire Confessiones Sub-  
 ditorū, nisi cum habent reseruata aut quan-  
 do spontè aut proprio motu id expertunt.  
 P. Cypr. vbi supra lect. 17. & 25. An autem  
 Guardianus teneatur audire Confessionem  
 sui subdit? Responsum fuit in Capit. Gen.  
 1650. negatiuè, quando ex Confessione sibi  
 timet manus fore, ob sigillum ligandas in  
 exteriori regimine, modò prouideat. 6. Iu-  
 risdictionem voluntariam, qualis est pote-  
 stas absoluendi, dispensandi &c. cù termine-  
 tur ad personas, non ad loca, exercere po-  
 test etiam in alieno territorio non so-  
 lùm, qui Iurisdictionem habet ordinariam,  
 verùm etiam delegatus circa subditos ipsius  
 delegantis. Iurisdictionem voluntariam  
 vbique & extra proprium territorium exer-  
 ci possé, comùnem esse sententiam omni-  
 um Scribentium in l. 2. ff. de officio Procons.  
 &c. Nouit. de offic. Leg. testatur Sanch. de  
 Matrim. l. 3. disp. 19. n. 8. Idipsum ad Iu-  
 risdictionem delegatam extendit ibid.  
 disp. 34. num. 2. quodd nulla irroge-  
 tur iniuria Iudici alieni territorij, cum abs-  
 que strepitu & figura Iudicij exerceatur;  
 quæ ratio militat æquè in judice ordinario

XVII.  
 Iurisdictionem  
 voluntaria-  
 rea & bique  
 & extra  
 territoriæ  
 exercere  
 posse.

Additamenta.

44

ac delegato. Ex quo consequenter infert non solum ordinarios, sed & delegatos Confessores posse audire confessiones subditorum dicēcesin, in qua expositi sunt, extra illam dicēcesin. Itemque Religiosos expositos virtute Clem. Dudum, posse audire confessiones Sæcularium extra dicēcesin, cum tamen delegati sint. Non obstante, quod ibi dicatur, posse audire intra dicēcesin &c, quia sensus est, ut nō possint extra dicēcesin audire illos, qui nō sūt illius dicēcesis, in qua sunt præsentati, ne putarent se, vbi semel præsentati sunt, esse totius orbis Cōfessores,

XVIII.

*Confessoriū regulāris subditum sui Conuentus ubiqz absoluere potest.*

De Confessariis Regularium ait Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. a. 3. conformiter dicitur: Religiosum, qui facultatem habet sui Prælati audiendi Religiosorum Confessiones, absoluere posse, vbi cunque terrarum, quemcunque subditum sui Conuentus, perinde ac Prior ipse, præterquam in casibus reseruatis. Idem de nostris afferit P. Coriol. de casib. reseru. p. 1. sec. 3. a. II. De casibustamen reseruatis addit benē hic Pater, cum in nostra Religione statutum sit, ut Confessarij deputati etiam à reseruatis absoluant, cū onece se præsentandi, quod poterunt etiam à reseruatis absoluere, dummodo poenitentes acceptent obligationem se præsentandi. Quid in hoc possint nostri Confessores erga hospites

hospites seu peregrinos, vide *Summ. V. Absolutio quoad FF. n. 3.* Remittendi sunt autem tales etiam ex alia Prouincia venientes, pro reseruatis ad Prouinciale illius Provinciae, sicut proprij huius Incolae. *Vide eundem Coriol. cit. a. 10;*

Confessoribus nostris ad Sæcularium confessiones expositis idem conceditur per Decisionem Capit. Gen. An: 1650. quod scilicet possint audire confessiones eorum, qui subditi sunt Diœcesis, in qua fuerunt approbati, in aliena diœcesi. Itē quod iuxta priuilegium relatum *V. Absolutio quoad Secul. n. 51.* possint audire confessiones in iteru, quando se nequeunt præsentare ordinarijs, vbi priuilegium illud reuocatum nō est: Additur autem limitatio; ne in aliena diœcesi audiant Sæcularium confessiones, nisi in illis locis, vbi fratres nostri soliti sunt audiēre: etiam si admittantur ab Episcopis, nisi & Superioribus nostri consentiant. Tum quia sic statuit Iul. 3. quando ait: licentias audiendi confessiones emanatas ab Episcopis esse nullas, si sine Superiorum consensu impetrantur; tum quia per Greg. 14. nobis interdicūtur confessiones Sæcularium: Et si indulxit Clemens 8. remisit tamen Capitulis Generalibus tantum & non alio tempore, ut habent Decisiones Gen. 1633. & 1637. His enim

XIX.  
*Confessio-  
nij nostri  
in aliena  
Diœcese  
Sæculario-  
rum Con-  
fessiones  
quando  
excipere  
possint.*

enim tantummodo conuenit vsum audiendi Sæculares Prouincijs concedere, cum ex communibus Ordinis statutis aliás prohibeat. Vni tamen vel aliquot fratribus particulariter tales facultatem dare solent P. Generalis, & P. Procurator Curiæ, etiam soli. Porro Prouincie, quæ tales vsum habent, differenter illum habent, ad personas & loca, magis minūsue restrictum. Per nostram Helueticam Prouinciam peræquè omnes nostri munus illud administrant, quocunque deuenerint aut morentur, intra terminos Prouincie. Fratres itaque in exteris Prouincijs ad Sæcularium confessiones simpliciter admissi absque restrictione ad certas tantum personas vel loca (his enim limitibus facultas eorum terminatur) quando nostram Helueticam transiunt, tam ex præfato priuilegio, cum de jure, quorumcunque Sæcularium confessiones excipere valent, cum licentia tamen nostri P. Prouicialis (ad quem spectat Confessores sæcularibus exponere) si hanc habere queunt, aliás non; multo minus, si aliquando comoraturi sunt, vel omnino permanenti in nostra Prouincia Episcopali præsentatione non egent, supposito, quod DD. Ordinarij Confessoriorum approbationem nostris Prælatis commiserint, alioquin ijs-

dem

Additamenta.

47

dem quoque sese præsentare tenerentur, secundum dicta in Summula V. Confessarius n. 100. 101. & 102. Itē V. Absolutio quoad Sæculares. n. 51. Econtra si nostrates in alienam profisciscantur Prouinciam, pro more illius Prouinciae sese gerere debent, petitâ scilicet, si fieri potest, P. Prouincialis vel etiam Ordinarij ( si hanc sibi reseruant ) licentiâ: seruatâ quoque determinatione tum personarum, tum locorum, extra quæ si proprijs Prouincia fratribus audire sæculares non licet, multo minus exteris.

XX.

7. Ex parte Pœnitentium, Sæculares sæculares  
cū iter faciunt, sicut retinent domicilium, itinerantes  
etiamsi extra illud incendant, ita etiam eundem semper retinent Sacerdotē proprium  
& Confessarium; vnde in rigore juris non  
videntur posse confiteri alieno Confessario  
sine licentia proprij, & olim fideles facultate  
petebant à suis propriis Sacerdotibus ad  
agendum iter, & in illa facultate censebatur  
dari licentia confitendi alteri in itinere:  
modò tamen omnium locorum spectara  
consuetudine & tacito consensu Parochorum,  
probabilis & vera sententia est, vt loquitur Basilea 10. 1. V. Confessarius. 1. n. 16. posse has personas confiteri peccata sua vel Parochio illius loci, ad quem perueniunt, aut etiam alteri Sacerdoti approbato ad confessiones

siones in eo loco audiendas, ex implicita licentia proprij Sacerdotis propter occurrentes causas maximè rationabiles & moraliter necessarias, vt sunt variæ itinerum occasiones & pericula. Vasq. Soar. Sylvius, ad hoc requirunt de necessitate bonâ fidem, nam si quis ad hoc iter ageret, vt habeat occasionem confitendi alteri & non proprio Sacerdoti, iam illa non esset necessitas, sed voluntas, & nō esset iuxta intentionem Pastorum, nec iuxta consuetudinem Ecclesie, per quam à Summo Pontifice confertur iurisdictio ad absoluendum iter agentes, & ideo non esse validam confessionem. Sed hoc nil impedit, quin possint confiteri Regularibus habentibus liberam facultatem quorumcunque vtriusque sexus fidelium ad eos vnde cunque accedentium confessiones audiendi, etiam contradicentibus Parochis, vt dixi V. *Absolutio quoad Sæcul. n. 31. C. 51.* cum ad hoc sufficiat illis licentia obtenta à Pontifice, qui absolutam habet iurisdictionem in omnes fideles omnino independentem ab omni potestate humana. Conin.

**XXI.** superius allegatus.

Licer ea  
intentione à sua  
Paroecia  
descendat.  
Quin etiam non obstante quacunque intentione, Peregrinum posse confiteri cuiusque Parocho, in cuius Paroecia habitat, nō quidem ex commissione Proprij, sed tan-

tanquam proprio Sacerdoti, etiam si quis  
 animo solum confitendi illi Parochio ed ac-  
 cedat & à sua Domicilijs Parochia recedat,  
 tener absolute Pontius de Matr. l. 5. c. 9. n.  
 6. quem sequuntur Filliae. & Diana, quos  
 refert Bassæ. vbi supra. Contra quos nouissi-  
 me Cotonius l. 2. controv. celebr. 7. c. 2. n. 26.  
 cum Card. de Lugo, contrarium ut probabili-  
 us sustinet, meo iudicio, minus conformi-  
 ter suo principio. l. 5. controv. 6. c. 2. num. 77.  
 quod, ut leges praesertim spirituales, que ordi-  
 nantur ad faciendo subditos meliores, ut ser-  
 uandi festi, aut Ieiunij vel ad canenda pericula  
 subditorum, ut non loquendi cum monialibus  
 &c. obligent peregrinos, sufficiat subiectio  
 actualis pro rata temporis quantuus exigua.  
 Quidni etiam in favorabilibus? prout Co-  
 nin. q. 74. n. 101. discedentem, ait, è loco, in  
 quo est festum vel Ieiunium in alium, in  
 quo nec est festum nec Ieiunium, eo animo,  
 ut possit ibi laborare, aut vesci carnibus, li-  
 citè utrumque facere, statim ac limites loci  
 sui egressus est; nec ita discedendo peccare,  
 quia vitia lute suo, querendo modum, quo  
 licet se legibus extimat, sicut qui petit secum  
 in legibus dispensari: Nec illud ullibi pro-  
 hibitum esse, nec etiam legi ullam fraudem  
 facere, ut patet ex Regula, Nullus videtur. ss.  
 de Reg. Iur. Cum ergo non pro sanitate

D

corporis

corporis tantummodo, verum etiam ut libere quis carnibus vescatur &c, alio licet se confert, non licet pro salute animæ Medicō spirituali extraneo se committere? fraudis certè, quam Cotonius cit. controu. 6. n. 87. prætendit, immunem potius, quam obnoxium facit, quem ibid. n. 61. allegat, tex-  
 tus ext. l. 1. §. Idem, de aq. pluu. arc. Ita rela-  
 tus: Marellus scripsit, cum eò, qui in fundo suo  
 fodiens, vicini fontem auerterit, nihil posse agi,  
 nec de dolo actionem dari, si non animo Vicino  
 nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi fecit  
 &c. si lure licet (vt concedit ipse Coton.) ad  
 meliorandum fundum proprium vicini fon-  
 tem auertere, modò non fiat animo nocen-  
 di; prohibitum sit, absque ullius præjudi-  
 cio, ac proprio loci Parocho, ad alium pro  
 beneficio absolutionis accedere? Et si iuxta  
 doctrinam Cotonij eod. l. controu. 1. c. 4. n.  
 213. validum est matrimonium, neque pec-  
 cant Coniuges, se transferentes extra lo-  
 cum domicilij, ut contrahant coram Paro-  
 cho illius loci, si hoc faciant ex motu ho-  
 nesto maioris utilitatis vel necessitatis, non  
 autem in contemptum Parochi domicilij,  
 vel ob alium malum finem. Idipsum dixer-  
 o de Sacramento Pœnitentiaz. Peccabit equi-  
 dem quisquis contemnit Parochum, vel o-  
 pus etiam bonū quoduis ex intentione ma-

## Additamenta.

51

la facit. Ita tamen presumendum non est de illo, qui ex maiori confidentia, vel motu bono, Confessorem alium querit, peccabit alioquin etiam, qui in loco proprij domicilij Priuilegiato confitetur. Ad hæc longè maius proprio Parochio facit præiudiciū, maior temq; causat deordinationē aliotum Sacramentorum administratio, quam Peccentiae ob maiorem solennitatem, quā sit, vt cum æquè sint voluntatē Iurisdictionis, Sacramentum tamen Peccentiae possit à proprio Parochio administrari etiam in alieno territorio, non tamen cætera; prout de Matrimonio singulariter ex diuersis S. Congregatio-  
nis decisionibus probat Cotonius cit. Con-  
trau. i. c. 4. n. 208. & seqq. concludens inde n. 213. validum non esse matrimonium con-  
tractum coram Parochio Domicilij extra Parochiam suam. Mihi adeò sententia Pon-  
tij magis probatur, vbi consuetudo seu ma-  
nifesta Superiorum voluntas non resistit,  
pt̄ assertim in locis sibi vicinioribus.

8. De Religiosis itinerantibus, docet Lezan. 10. 1. c. 18. n. 27. quod possint confi-  
teri cuilibet Confessario, siue Regulari, siue  
Sæculari, quia per licentiam itinerandi con-  
ceditur illis implicitè talis facultas. Quod si  
pertingant in aliquem conuentum sui Or-  
dinis, debere confiteri Prælato illius con-  
uentus

XXII.

Religiose  
itineran-  
tes qui-  
bus confi-  
teri pos-  
sint.

D<sup>2</sup>

uentus

*Additamenta.*

uentus vel alteri, qui ab ipso habeat licen-  
tiam, cum ille Prælatus sit velut Ordinarius  
illius loci, si tamen Religiosus habeat fa-  
cilitatem à proprio Prælato confitendi, cui  
voluerit, posse id facere etiam in alieno con-  
uentu. Denique Prælatos Regulares posse  
suis Subditis dare licentiam confitendi ex-  
traneo Religioso, quia, quicunque potesta-  
tem habet ordinariam, potest illam delega-  
re alteri, si sit idoneus.

## XXIII.

*Capacem  
itsneram-  
tes quibus  
confiteri  
possint.*

P. Cyprianus in e. 7. Reg. Lect. 25. de no-  
stris quærens, an fratres in itinere constituti  
possint confiteri socio Sacerdoti &c. respon-  
det eiusmodi resolutionem pendere à con-  
suetudine approbata vel saltem tolerata per  
Superiorem: vnde quamdiu prohibitum  
non sit, licitum esse putat fratribus, in itin-  
ere confiteri socijs Sacerdotibus, etiā nec-  
dum ad Cofelliones audiendas ad missis: nec  
solum in itinere extra Conventus nostros,  
sed etiam in Conuentibus, per quos transire  
contingit; in quibus tamen possint etiam  
vni ex deputatis confiteri, si volunt. Hæc  
ille pro tempore suæ scriptoris, Anno 1625.  
à quo præter superius iam recensitas, factæ  
sunt sequentes ordinationes Generales, qua-  
rum ista peculiaris pluries confirmata An-  
no 1633. 1643. 1650. 1656. & tandem 1662.  
sic statuit; *Fratribus, qui cum obedientia suoru-*

Superiorū iter faciūt, & alias ad confessiones audiendas admissi sunt, cōceditur, vt in locis intermedīis sui itineris unus alterius confessionem excipere valeat. Quando autem ad loca destinata peruererint, sive ut ibi sint de corpore familia, siue causa cuiusdam negotij commoraturi, facultas haec sibi vnuicem confitendi, admittur. Quare quamprimum teneantur confiteri deputatis illius Conuentū Confessariis, qui cum ad conuensum ex aliqua causa proficiuntur, nullius fratris confessionem in eo conuentu excipiendi facultatem habent, nisi speciale idcirco acceperint &c.

Circa præsentem ordinationem plura notatu digna occurunt. 1. Eam potissimum concernere fratres subditos, præsertim vero ex diversis familiis simul itinerantes; habent enim ipsi superiores, vt sapienter iam dictum est, confessarium eligendi ex appobatis tamen seu admissis vbiique liberam facultatem. 2. Subditi eiusdem conuentū, si ambo sunt deputati Confessores, sibi mutuo quoque possunt confiteri, vbicunque extiterint, vel etiam deputatis illius conuentū, ad quem peruererint. 3. fratres alii similiter deputati Confessores, sed ex diversis familiis, suas inuicem confessiones audire possunt, non solū in itinere extra conuentus, verū etiam in locis seu conventibus intermedīis ab eo, vnde discesserunt, & illum ad

D 3

quem

quem finaliter pergunt; id enim significant  
verba, locis intermedij & ad loca destinata, &  
infra referenda decisio sic expresse declarat.  
4. Secundum P. Corial, p. 1. Sec. 3. a. 11. suffi-  
cit, quod tales aliquando admisi fuerint,  
quamvis de facto deputati non sint, pro villa  
familia. 5. In nostra Provincia Helvetica,  
pro talibus haberi illos quoque qui exposi-  
ti pro secularibus, nunquam alias ad fra-  
trum confessiones designati fuerant, per De-  
clarationem Patrum Provinciarum confirma-  
tam à M. R. P. Marco Antonio Generali in  
Capitulo nostro celebrato Selodori Anno  
1663. 6. Quando autem ad loca destinata  
peruenient, siue ut ibi sint de corpore fami-  
liae, siue causa cuiusdam negotij, commo-  
raturi, facultas haec sibi inuicem confitendi  
admititur &c. Intelligenda haec sunt iuxta  
communes interpretandi Regulas & doctri-  
nam de obligatione Peregrinorum seu fo-  
rensum, qui domicilium vel quasi domici-  
lium in loco aliquo constituant & Viatorū,  
qui cogitant solū breui tempore in uno  
loco subsistere. Sicut ergo hi, qui ad ali-  
quem locum perueniunt absque intentione  
ibi constituendi domicilium vel quasi do-  
miciolum, ex communiori probabilitatiq;  
doctrina, quam refert Bassæ to. 1. V. Lex. n. 5.  
non ligantur legibus locorum, in quibus

pro

pro tempore reperiuntur: ita & fratres cum  
per conventus transeunt paruo ibi tempore  
absque intentione manendi, mutuo sibi cō-  
fitendi libertatem retinent. Et contrā,  
quemadmodum forenses & aduenæ, vt loci  
alicuius legibus obstringantur, satis est, vt  
illuc confluant animo ibi habitandi aliquo  
tempore diuturno, vt pro maiori parte anni  
vel ad expediendum aliquod negocium, quod  
breuitate expediti nō solet, ratione cuius  
quasi domicilium contrahere & forum sor-  
titi dicuntur, Bassæ. to. 2. V. Dispensatio. n.  
22. cum Lefteo, Henr. Sanch. &c. sic à part,  
fratres nostri cum ad locum aliquem perue-  
niunt, vt sint de familia, vel causa alicuius  
negocij non tam ciò perficiendi, mox ple-  
nè videntur eoipso, Superiori loci illius  
subjici, vt secundum leges illius viuant &c.  
secùs autem si ex intentione illuc non veni-  
ant, licet per plures quoque dies ibidem  
commoren tur, vt vel recolligendi vires,  
qui esceendi, vel etiam occasionaliter quid-  
piam agendi &c. animo semper iter suum  
prosequendi ulterius, quo pacto facultas si-  
bi iniucem confitendi salua permanet, prout  
ex aliqua decisione Cap. Gen. 1650. mani-  
festè colligitur, quæ habet: *An qui ad aliquem*  
*nostrorum Conuentuum diuertuntur per vnus*  
*vel plures dies commoraturi hospites seu aduenæ.*

D 4.

pos?

possint in uicem confiteri, sicut in via? 2. an aliorum exterorum audire confessionem licet & validè? 3. vel saltē de licentia Superioris loci? Responsum fuit ad 1. licet & validè, si conuentus est intermedius, 2. Nequaquam, 3. validè & licet. Postò Sacerdotem quemlibet Provinciali suo ad Confessiones audiendas admissum, etiam extra Provinciam audire posse confessiones cum licentia Superioris loci, decimus 1643.

**XXIV.** 9. Dictum est superius num. 3. Confessarios nostros ad audiendas confessiones mutatis admissos, audire non posse confessiones fratre, nisi pro loco & tempore, quibus deputatis sunt. Quæritur hinc an continuò facultas ista cesseret cognita mutatione? siue quo usque duret? Solutio huius pendet à communione doctrina de legibus, iuxta quam, quodcumque præceptum Superioris, seu vniuersaliter communitati datum, ut est lex: seu particolare cuique singulariter impositum, ut vim obligandi habeat, legitimè debet ijs, quibus instituitur seu imponitur, voce aut scripto inotescere, quia cōtra rationem est, ut quis obligari possit ad faciendum aut vietandum id, quod nullo modo implete potest, nemo enim potest velle id quod prorsus ignorat, quia voluntas non fertur in incognitum. Dixi, legitimè &c. non enim sufficit

sicut quæcunque auditio & relatio, sed re-  
quiritur talis, quæ inducat vel inducere de-  
beat fidé & credulitatē in audiente, iuxta ea  
quæ ex Nau. l. 1. conf. de Conſtit. conf. 1. n. 9.  
tradit Rodriq. 10. 1. q. 6. a. 3. Itaque qui ex  
ordine Superiorum alicui Conuentui ad-  
scriptus est, tamdiu manet illius membrum,  
quoisque migratio authoritatib[us] illi indi-  
cta fuerit, quod apud nos contingit affixio-  
ne tabulæ Capitularis conuentuum, tradi-  
tione obedientialium &c. tametsi quando-  
que hebdomades & menses usque ad ipsum  
discellum interueniant. Quo tempore non  
aliter pro illo prioti conuentu, quam velut  
hospes aestimabitur, & si quis illi confiteri  
interea voluerit, licentiam ad hoc superio-  
ris necessariam habet. Hoc in exemplo Dis-  
creti demonstrat decisio Capit. Gen. 1650.  
Frater, inquiens, qui accepit obedientiam se  
transferendi ad aliud monasterium, si se deti-  
neat in priori, non potest ibi concurrere ad Dis-  
cretum &c. Priusquam ergo tales obedientia-  
m recipiat, aut quod à loco isto desti-  
natus alio sit, authoritate & nomine supe-  
riorum certior fiat, conuentum priorem  
mutasse non videtur, quantumuis in Capi-  
tulo familiarum omnium distributio pub-  
licata fuerit, idque qui interfuerit publica-  
tioni, fide bona sed priuata eidem retule-  
rint.

Df

Petes:

Petes; si quis post acceptam migrandi obedientiam, vel sufficientem huius notitiam, bonâ fide pergit audire confitentes sibi eouique confiteri solitos, nunquid ex tacita saltem Superioris licentia confessiones eiusmodi valorem habebunt? Supposito, bonam fidem esse, quando quis probabiliter, attentis rei & personæ circumstantiis, putat esse licitum, quod agit, vel iustum quod possidet &c. Sanch. l.2. Mor. c.23. n.158. Respondeo, talem quidem Confessariū propter bonam fidem excusari à peccato, & confessiones ob errorem communem esse validas, atqui per se loquendo, si bona fides verè non adsit, sed ignorantia culpabilis, crassâ vel supina, confessiones eiusmodi ex licentia tacita vix posse saluari, quod licet & validè fiant. Prima pars probatur ex c. si Virgo.34. q. 2, ubi S. Augustinus l. de fide & op. c.7. Si virgo, inquit, nescia, viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam hoc esse incipiet, ex quo cum alieno viro sciens cubauerit: sicut in jure prædiorum, tamdiu quis bona fidei possessor rectissimè dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malefidei possessor perhibebitur, tunc iuste iniustus vocabitur. 2. pars de communi errore probata est V. Elecio.

n.169.

¶. 169. 3. & 4. pars probatur: quia non sufficit semper, quod Superior videat me audiire suum subditum & non contradicat, nec inde possum certe colligere eum in hoc consentire. Nam potest fieri, ut non contradicat, quia falsò putat pénitentem solum confiteri venialia, aut quia non audet contradicere, ne lites aut iurgia excitentur, aut scandalum fiat. Quare ut eius non prohibitus habeat rationem veræ concessionis, necesse est, ut constet mihi ipsum scire vel saltem credere me carere omni jurisdictione, eumque esse talem, qui libertimē contradiceret, si factum meum non approbarer: aut qui me ita amerit, ut libenter habeat me ipsius consensum in similibus rebus presumere, ut docet Con. d 8.dub.s.n.35. Alij communiter, teste P. Gesualdo Theol. Mor. p. 1. tr. 24. c. 4. n. 41. difficillimum reputant, presumptionem eiusmodi explicare, & vix in praxi posse admitti, nisi alioquin habeatur expressa significatio voluntatis Superioris de praesenti talem esse, vel consuetudo practica declaret tacitū Superioris consensum.

Hanc praxis incertitudinē Definitio Provincialis Capituli huius anni 1665. habit sequenti declaratione sustulit. 1. Vicarius pro tempore Capitulis familiae alicui propositus, licet obedientiales ab illa familia recedendi accipiat, in hac

XXV.  
Declaratio  
nes Ca  
pitulis Pro  
vincialis  
materia.

prefecture tamen sua potestate retineat, quoisque vel ipse a loco illo abscedit, vel illius loci Superior superueniat.

2. Confessarij fratrum similem recedendi obedientiam obtineat illius familia fratrum Confessiones excipere amplius non valeant absque licentia Superioris eius Conuentus, nisi ex aliquo casu occurrente eam commode habere nequeant.

3. Fratres aduenae, si cum fratre aut fratribus alicuius Conuentus, in quo diuersantur, excent foras, mane eodem reuersuri, non valent horum Confessiones audire.

4. Quando itinerantes loco aliquo extra Conuentus nostros foras conueniunt, liceat peccata sua confiteri pro libitu cuiuscumque Confessori ad fratrum Confessiones anno illo exposito.

Seclusis ipsis Declarationibus nostræ Provinciæ Helueticæ particularibus, alijsque aliarum Prouinciarum vsibus seu Statutis, quid iuxta communes nostras Ordinationes fieri possit, sequenti numero discutitur.

## XXVI.

10. Alias attentâ ordinatione Generali Itinerantes sebi An: 1633. superius recitatâ: ad tollendos abusus inuicem sus in hac materia Confessionis, declaratur Confessarios pro uno aliquo conuentu deputatos, facultatem excipiendi confessiones alibi nō habere, quisque suo socio. quam vbi sunt de familia &c. cū exceptione vicinâ Itinerantiū, vt suas mutuò excipere cōfessiones

festiones valeant, si alias ad hoc admissi fuerint &c. licet in his abusus nulli speciatim exprimantur, tales tamen iudicandæ sunt, quæcunque confessiones, non factæ secundum illam dispositionem, nisi aliud statuatur aut specialis detur à Superiori facultas. Videtur autem data licentia eos tantum Itinerantes afficere, qui ex obedientia Superiorum in unam Societatem congregati simul iter faciunt, non qui casu aliquo secundum alias obedientias forte viam eandem progreduntur, Ita namque sonant primum Ordinatio An: 1618. Concedimus, ut Itinerantes sibi inuicem possint confiteri, quisque suo Socio &c. Tum alias An: 1633. licet fratribus, qui cum obedientia suorum Superiorum iter faciunt suas mutuò confessiones audire &c. An: 1643. 1650. 1656. & 1664. Fratribus, qui cù obedientia Superiorum iter agunt, dummodo ad confessiones audiendas admissi sint, conceditur, ut sibi inuicem confiteri possint in locis intermedijs sui Itineris &c. Quæ satis aperte indicant facultatem illis tantum competere in assignatum sibi ex obedientia Superiorum socium, non alios qui forsan simul iter incedunt. Quare si sub una obedientia incedunt, v. g. P. Petrus & P. Paulus, sub alia P. Andreas & P. Philippus, non poterit P. Petrus alij confiteri quam P. Paulo, necq; Paulus alteri quam

P. Petro,

P. Petro, neutiquam P. Andreæ vel P. Philippo. Dato etiam quod P. Paulus non sit Confessarius admissus, P. Petrus nequibit propterea confiteri vni alterius Societatis, ed quod secundum ordinaciones Confessarij pro uno aliquo conuentu deputati facultatem excipiendi confessiones alibi non habeant, quam vbi sunt de familia, vel in assignatum sibi socium itineris. Quanquam verò etiam Superiores audire non possint subditorum confessiones, nisi de reseratis, aut sponte volenti illis confiteri, adeoque subditus in conuentu libertate habeat etiā sine alia licentia confiteri alteri ex deputatis, pro illo loco, extra tamen illum absque speciali facultate sui Superioris, subditus cum suo Guardiano iter faciens confessionem facere nequit alteri quem forte in via convenientur. Idem dicas, si quis non cum suo Superiori, sed alio sua familia Cōfessore peregrinetur, vel si cum aduena aliquo mittatur foras ad dicendam missam in urbem, aut locum alium vicinum, ex quo eodem manè redire possint in conuentum, non licet confiteri aduenæ, cum hic facultatem alibi non habeat, quam vbi est de familia, vel cum iter facit erga socium: Qui autem manè egrediuntur, ut Missa fortis di-  
ctā mox redite valeant in Conuentum, itinerantes

nerantes dici nequeunt. Circa eandem ordin. Gen.

Dubitabis 1. Si fratres aliqui sub diuersis obedientijs eandem viam incidentes permittent socios, atque exinde seorsim predgrianantur, possint confiteri mutuo, qui non per vitam obedientia sed spontanea associatio-  
ne simul vadunt? *R.* si verba ordinationum stricte sumamus, videtur fieri non posse; attamen si talis fiat permittatio, quae probabiliter credi possit, esse potius secundum voluntatem Superiorum, quam contra, sicuti contra obedientiam non faciunt, ita videntur eadem libertate frui, ut sibi mutuo confiteri valeant.

Dubitabis 2. Dato quod Itinerantibus licet audire Confessionem non solum assignati socij, verum etiam illorum, quos forte in itinere habet obuios, si quis cum suo Superiori vel Confessore sui monasterij peregrinatus incidat in Confessorem aduenam similiter iter facientem, huic possit Confessionem facere relicto suo Superiori vel Confessore proprio? *R.* negat: iuxta doctrinam Conin. de Saer. disp. 8. n. 16. quod quando adest proprius Confessorius vel etiam ex privilegio habens audiendi confessiones, nullus possit audire, qui non nisi ratione necessitatis facultatem habet, prout itinerantibus

tibus hæc solum conceditur in eos, qui non sunt suæ familiæ, deficiente proprio. Quin etiam licet de peccatis venialibus, aut etiam de mortalibus aliæ confessis & absolutis, unusquisque Sacerdos possit absolutionem Sacramentalem de illis dare, cum ad talia peccata absoluenda non requiratur aliqua jurisdictio, Regulares tamen, qui per obedientiæ votum non habent velle neque nolle, non posse licet & sine nota culpabili confiteri aliis Sacerdotibus non expositis, etiam de venialibus, tradit P. Gesualdus ubi supra, n. 47. post Nauar. D. Anton. Palud. Angel. &c.

**XXVII.** Potest hic etiam quæri, 1. num Capucinus Confessarius existens in Monasterio alterius Ordinis seu virorum seu mulierum, possit audire Confessiones Regularium illius conuentus? 2. num famulos domesticos? 3. num Sæculares alios? Ad 1. Resp. posse cum licentia Superiorum tam Confessarij, quam Pœnitentium, aliæ non, secundum dicta V. Absolutio quoad Sæcul. n. 32. & n. 50. Item V. Confessarius. n. 104. Ad 2. & 3. Resp. validas quidem fore tales confessiones, inconuenienter tamen omnino fieri in quacunque aliena Ecclesia, insalutato illius Rectore, nisi probè habeatur perspecta illius benevolentia, quod ægræ latus non sit.

fit. In loco autem non publico audire nul-  
lum appetet inconueniens, &c.

## Absolutio quoad Sæcu- lares.

28. Regulares an sine licentia suorum Supe-  
riorum tempore Iubilai extra suum  
Ordinem confixeri valeant.
29. Sub generali concessione non veniunt speci-  
fica ut est referatio Casuum.
30. Declarationes Capituli Generalis in hac  
materia.
31. Pralari Regulares suis Subditis promulga-  
re non possunt Iubilæum, nisi Episcopus  
non fungeretur suo officio.

(Vm. 35. lin. 7. Dicitur hoc loco occultum)  
hæc verba omittantur usque ad ver-  
bum: Interim Et. exclusiue & ponantur  
seqq. Quid hic dicitur occultum, vide V. Oc-  
cultum. n. 42. in fine, adde: P. Basæ. 10. 1. V.  
Censura. n. 39.

Ad n. 50. Quoniam dum hæc scribo,  
occasione Iubilæi vniuersalis, quod ad im-  
plorandam Diuinam opem contra Turcas  
SS. D. N. Alexander 7. concessit, in con-  
trouersiam denud vocatur confessio Regu-  
larium extra proprium ordinem, prætere-  
unda non est plenior huius rei dilucida-

E  
tio

tio ad satisfaciendum, quæ in oppositum  
afferuntur, authoritatibus & fundamentis.

## XXVIII.

*Regulares  
an sine  
licentia  
suorum Su-  
periorum  
tempore  
Iubilai  
extra su-  
um Ordin-  
em con-  
ficeri ga-  
leant.*

Regulares itaque sine licentia suorum Superiorum tali casu conficeri posse Sacerdotibus etiam Sæcularibus, ex relatione R. P. Gobat intr. de Iubilao. c. 31. n. 225. docent Diana, Bossius, Leo, Soar. Lugo, Filluc. Peyrin. Sanctarellus, Naurat. Portel. quibus adde nostrum P. Gesuald. p. 2. Theol. Moral. de Iubilao. c. 2. n. 43. cum P. Coriolano: Ntitur P. Gesualdus potissimum declaratione Cardin. de mente, vt ait, Pontificis facta An: 1581. die 19. Non. Melius alij, verbis ipsis Bullar. Pontificiarum, quæ non solùm dant potestatem omnibus & singulis Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis & Instituti, eligendi sibi Confessarium quemlibet tam Sæcularem quam Regularem, qui ab omnibus casibus eos absoluat &c. sed etiam hanc potestatem concedunt: non obstantibus quibuscumque priuilegijs ijsd. Ordinibus concessis, etiamsi de illis specialis mentio facienda esset, vt ex Bulla Innocentij 10. refert P. Gobat (moderna Bulla Alexandri 7. addit etiam Constitutiones & Ordinationes Apostolicas) qui propterea in hanc etiam sententiam valde propendet, ita tamen vt nihil determinare velit, sed iudicio plus Sapientia submittat. Ex horum numero licet ego mi-

nime

nime sim, neque vlli Doctorum me compare vel opponere ausim; alteram tamen sententiam vt firmiter adhuc & constanter retineam, confirmat dispositio Iuris communis c. Inter cunctas, de Priuil. Extrau. com. Ne quis Religiosos absoluant inuitis eorum Superioribus. Qua Constitutio licet reuocata sit per Clem. 2. de Sepulturis. Non tamen in omnibus; Alagona, in Epitome Iur. Can. n. 2295. sed istantum, quæ in illa Clementina expresa sunt (correctio enim tantum extenditur, quantum se extendit dispositio correcta. Barbos, axiom. 60. n. 4.) quantum ad Praedicationes, Confessiones & Sepulturas respectu Sæcularium, non autem respectu suorum fratrum, quorum nulla omnino fit ibi mentio, vt videre est in ipsa Constitutione & Summariè in Glossa V. Statuimus. Alagona cit. n. 1442. Quod proinde plures Pontifices innouarunt scil. Sixt. 4. Innoc. 8. Alex. 6. Iul. 2. Leo 10. Pius 5. &c. non tam Ius condendo nouum, aut priuilegium singulare conferendo, quam declarando Ius antiquum, ne quis alterius subditi confessio nem excipiat inuito Pastore proprio (de quo Vidé sis *Absolutio quoad Itinerantes*) præser tim Regularium, vt pote contra Regularis Ordinis instituta, vt ait Leo 10. apud Mirand. 10. 2. Manual. Pral. q. 34. a. 15. concl. 2. &

E 2

propter

propter inconuenientia quamplurima, quæ  
ibid. enumerat, necnon & Rodriq. 10. 1. qq.  
Reg. q. 21. a. 10. Peyr. in Confit. 13. Iul. 2.  
Collector Priuileg. V. Cruciata. cum Cordu-  
ba & P. Sorbo, qui de hoc latè desserunt, vt  
qui legerit, mirari desinat, cur P. Bassæus  
dixerit, tutum non esse ab hac sententia re-  
cedere, maximè propter Constitutiones  
Clem. 8. & Urban. 8. (relatas in ista Sum-  
mula. V. Absolutio quoad. Sacul n. 50. vbi tamè  
illud incidenter corrigendum est, quod pro  
Dispositioni, positum est, Dispensationi) quas  
cum vidisset Diana, mutata sententia, pri-  
orem quam ante docuerat, negauit esse pro-  
babilem, teste Lezan. 10. 1. Summa qq. Reg.  
c. 19. n. 29. vnde pro nostra sententia idem  
P. Gobat citat eundem Dianam, insuper  
Lezan. Tamburin. Molfesium &c. Ausoni-  
um Nottinot omittere licet, cum verus  
author Summæ Diana Antonius Coton. in  
alio opere celebr. Controu. illam tanquam  
adulterinam expressè repudiet, sibi tamen  
sententiam illam priorem, quam Diana  
tradiderat p. 5. tr. 12. Ref. 37. etiam in isto  
opere nouo l. 2. controu. 12. n. 32. placere  
dicit; sed hoc is ipse limitat l. 2. controu. 7.  
n. 52. & restringit ad Prælatos tantum, quia  
supradictum Decretum (Clem. 8.) ait, non  
procedit in Prælatis, sed tantum in subditis, &  
quoad

quoad hos renuntiatur ibi tantummodo Priuilegij Cruciatæ, Iubilæi & similibus eligendi Confessarium inscio Superiori. His addunt plures alios Barbosa in Collect. Decis. Apostol. V. Cruciatæ. & V. Iubileum. & Nouarius in Lucerna Regul. ijsdem titulis, qui V. Iubileum. ita scribit: Iubileum licer concedatur cum facultate, vt tā Saculares quām Regulares possint quemcunque idoneum Confessorem eligere, non per hoc licebit Religiosis extra Religionem confiteri. Ita ex Decreto Clem. 8. præ ceteris determinarunt Vgolin. de Pœst. Episc. c. 7. §. 2. Villalobos. in Summa. tr. 9. diff. 59. n. 2. cumseqq. p. I. Mirand. in man. Prælat. to. 2. q. 34. a. 15. Homob. in Exam. Eccles. tr. 5. c. 2. q. 13. Molfes. in Sum. Theol. Moral. tr. 2. c. 16. n. 26. 10. I. vbi restatur multoties extitisse iudicatum, Religiosos vt non posse Iubilæi aut Cruciatæ Bullis, quoad finem eligendi sibi Confessarios, nisi expressè in illis fiat mentio: ad quod secum vehit perplures & specialiter ex Neotericis Reginaldo. in Praxi fori Pœnit. l. 8. n. 37. & iunge videndum Bullam Clem. 8. Incipit Romani. editam sub anno 1599. die 23. Nov. Ex qua pater facultatem eligendi Confessarium concessam in Bulla Cruciatæ, & alijs indulxit, minime suffragari Regularibus. Hæc ille, qui quod ait, nisi expressè in illis fiat mentio &c. Ut intelligatur.

Sciendum est, sicuti Regulares, vt vali-

E 3

de

dè Confessiones aliorum excipient, duplice  
facultate indigent 1. Summi Pontificis, deinde  
sui Pralati, per quem tantummodo, non ali-  
ter Papa Iurisdictionē in alios conferre so-  
let, et si per se posset absque interuentu, at-  
que de facto præstet, ut nullā etiam petitā  
Parochorum licentiā possint ipsorum Sub-  
ditos audire; ita viciissim ( licet Papa, si  
voluisset aliter disponere, absolutē potuif-  
set ) vt Subditi Regulares Extraneo confi-  
teri valeant, duplēcē similiter facultatem  
interuenire necesse est, scil. ipsius Papa &  
Pralati proprij, siquidem, ut V. *Absolutio*  
*quoad FF. n. 27.* dixi, per generale conces-  
sionem Papa nolit derogare particularibus  
statutis rationabilibus. c. *Licet Romanus. de*  
*Consti. in 6.* atque in casu nostro singulati-  
ter decretum sit c. *Inter cunctas. de Priuile.*  
*Extrau. Com.* Ne quis Religiosos, qui secun-  
dūm Statuta suorum Ordinum proprijs Pralatis  
confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur alijs  
prohibentur, absoluat &c. nimirum absque  
consensu Prælatorum ( id enim insinuat  
quod dicitur; aut ab eis prohibentur ) ob sin-  
gularem curam, quam Ecclesia semper ha-  
bet conseruandi regularem obseruantiam,  
quod proinde specialiter exprimi debet, si  
quid aliter Pontifici placeat, vti fecisse Pium  
4. testatur P. Sorbo in Comp. *Priuile. Mendic.*

ad

Additamenta.

71

*ad V. Cruciatu.* quod concesserit in Bullis suo tempore publicatis, Mendicantibus, cum clausula, ut absque suorum Prælatorum licentia possent accipere Bullam Cruciatæ, cuius tamen successores Pius 5. & Greg 13 in Bullis à se datis, hanc libertatem non dederunt, quin potius ad communem juris dispositionem, & speciales alias Constitutiones Apostolicas reduxerunt, ut videre est apud So-  
ar. de Relig. 10. 4. tr. 8. l. 2. c. 6. n. 15. Esto au-  
tem talis vtrinque facultas obtineatur tam à Papa scil. quam Prælato proprio, ad casus tamen reservatos non extendetur, nisi hoc ipsum specificè concedatur, ita statuente c.  
2. de pœnit. & remiss. in 6. vbi Bonifacius 8. re-  
sic expressè decidit: Si Episcopus, inquiens,  
hoc subsiditis cōcesserit, ut sibi quis posset idoneum  
eligere Confessorem; Ille quem is elegerit, in ea-  
sibus, qui eidem Episcopo specialiter referuantur,  
nullam habet penitus potestatem; Quum in ge-  
nerali Concessione illa non veniant, qua non esset  
quis verisimiliter in specie concessurus. Nulla  
quoque potest consuetudine introduci, quod ali-  
quis preter sui Superioris licentiam Confessorem  
sibi eligere valeat, qui eum posset soluere velliga-  
re. Ita Canon, quem declarans Glossa: Si  
Episcopus, inquit, dedit mibi facultatem eligen-  
di Confessorem sub hac forma per Verba Genera-  
lia: Damus tibi facultatem eligendi Confesso-

E 4

rem

Additamenta.

72

XXIX.  
Sub gene-  
rali con-  
cessione  
non venia-  
unt spe-  
cifica.

rem idoneum, qui te posse & valeat absoluere de quibuscumque peccatis tuis: non tamen apposuit istam clausulam, etiam nobis reseruatis. Iste Confessor meus non habebit aliam potestatem quam haberet Rector meus Parochialis. Quibus verbis generalis datur Regula, tam pro Secularibus, quam Regularibus. Quod sub generali concessione non veniant specifica, ut est reseruatio casuum &c.

In nostro igitur proposito ut Religiosus vigore Iubilai aut similis Indulti ut vocant, Confessionalis, absque licentia sui Prelati confiteatur, atque a reseruatis absoluatur, debet utrumque per clausulam exprimi, quæ ambo specialiter concedat, alias nihil valitutram confessionem, stante Iuris ordine & alijs Pontificum constitutionibus præmemoratis, præsertim Clem. 8, supra relatâ Concessionem Bullæ Cruciferae & aliorum priuilegiorum seu indultorum, quibus ab Apostolica sede facultas dari solet eligendi Confessorem & absoluendi a reseruatis, cum Religiosis veriusque sexus, quorumcunque ordinum ac instituti, locum minimè habere, sed quod quantum i Sacramentum Pœnitentia, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prelatorum simplititer subiecti sint &c. Tū etiā Urbani 8. qui quod Clementinam illam Constitutionem minus diligenter obseruari animad-

Ej

uerteret,

uerteret, in maximum, ut ait, statūs & obser-  
uantia Regularis praeindicium, non obstante  
quod paulo antē, nimirum Anno 1629. 22.  
O&ob. Bullam Iubilæi cum ijsdem planè  
verbis & clausulis non obstantiarum &c. cum  
præfatâ moderni P. Alexandri 7. edidisset,  
mox anno subsequente 1630. die 19. Iul. mo-  
tu proprio & ex certa scientia &c. deq; Aposto-  
licæ potestatis plenitudine, Clementinam illam  
declarationem, perpetuò valituru constitutione  
factam, innouauit ac quatenus opus sit, amplia-  
uit pro vtriusque sexūs Regularibus &c. Quic-  
quid Peyrin. tom 3. Privil. c. 4. super constit.  
Leon. 10. n. 4. & eum secutus noster Gesual-  
dus part. 2. Theol. Mor. de Iubilao tr. 2. c. 2. n.  
50. pro indubitate habeant, Moniales tem-  
pore Iubilæi posse confiteri cuicunque  
Confessario approbato ab Ordinario  
loci, qui possit eas absoluere ab omnibus  
excessibus & peccatis etiam reseruatis, per  
expressam concessionem Urbani 8. quodd, ut  
verum fateor, mea tarditas non capit, siqui-  
dem concessio illa Urbani 8. Pontificia solli-  
citudo. quam vnam allegant, edita Anno  
1625. 28. data fuerit solum ad lucrandum  
Iubilæum tum temporis concessum Urbis,  
qui fauor specialis (siquidem concessum ad  
tempus limitatum, ultra id non extenditur,  
quin potius post illud censemur denegatum:

Eg

l. si

*l. si vius. §. 1. apud Barbos. Axiom. 46.)* tam authenticæ declarationi vniuersali ac perpetuò valituræ Constitutioni, qualis est illa Clem. 8. innouata per Vrbanum 8. post illam: Pontificia sollicitudo &c. præjudicare nō potest, quin potius magis confirmat in contrarium, quā, vt vidimus, uterque Pontifex, vt omnem ambiguitatem tollerent, tam fratres, quām Moniales, quantum ad Sacramenti confessionis administrationem, ordinariæ suorum Prælatorum dispositioni subiacere voluit, ob causam, vt ait Vrbanus 8. *vt in ordinibus disciplina regularis obseruantia sarta testa conseruetur &c.* Ex quo illud consequenter hoc loco deducere licet, si forsan seu Religiosi seu Religiose præter consuetum, aliundē sibi dari Confessorem petant, aut similia aduersus Regularem disciplinam, non teneri Superiores inordinatae cuicunque petitioni seu cupiditati descendere. Porro nihil iuuare P. Gesualdum DD. Cardinalium declarationem factam Anno 1581, vel obesse posterius editis Pontificiis Constitutionibus, satis ex antedictis liquet. Neque item textum Bullæ Iubilæi, præsertim quoad approbationem Confessoris ab ordinatio &c. quæ, ut idem Gesualdus cit. 42. & alij fatentur, intelligenda sunt secundūm expositionem accommodam,

modam, ita ut nomine Ordinarij intelligatur Episcopus, si agatur de approbatione Cōfessarij pro audiendis confessionibus Sæcularium: si vero agatur de approbatione Confessarij pro audiendis confessionibus Regularium, intelligatur Pralatus ipsorum: siquidem, ut recte notat Cotonius *suprac.* Pontifices cupiunt Regulares in his quæ ad Sacra menta pertinent, à suis Prælati priuatiū pendere, saltem non necessariò ab alijs. Quapropter, & quod cæteroqui Regulares Prælati facultatem habeant interpretandi dubia, vsum priuilegiorū quorumcunque limitare seu restringere, vel etiam penitus tollere, iuxta tradita V. Priuilegium. n. 414. Congregatio nostra circa præsentem materiam, in Ordinationibus Generalibus §. de Confess. An: 1650. 1656. & 1662. confirmavit in primis vsum, fratribusque inculcat obseruantiam sæpememoratae Declarationis Clem. 8. & Vrban, 8. de quo l.c. n. 416. Specialiter autem in Capit. Gen 1633. & 1637. decisum fuit ad lucrandum Iubilæum, cum dicitur Pénitentes absolui debere ab aliquo Confessario approbato ab Ordinario, non esse necessarium confiteri approbato ab Episcopo, sed sufficere esse approbatum ab Ordinarijs, suis scilicet Superioribus. Anno postmodum 1643. declaratum insuper fuit ipsum quoque Superiorum

XXX.

Declaratio-  
nes Ge-  
neralis  
Capituli

rem Conuenūs, si tempore Iubilæi Indulgentiam lucrati velit, debere confiteri alii cui à P. Prouinciali admisso & approbato.

**XXXI.**  
Pralatis  
Regulares  
non pos-  
sunt suis  
subditis  
promul-  
gare Iubi-  
laum, ni-  
se defici-  
ente Epi-  
scopo.

An Prælati Regulares possint suis subditis promulgare Iubilæum? Affirmat Sa. V. Iubilæum. n. 12. negat P. Gobat n. 67. nisi casu quo Episcopus non fungeretur suo officio. Quid Bulla promulgationem committat Ecclesiarum Prælatis, quo nomine venire non soleant Prælati Regulares in communī, qui non habent propriam Diœcesin, seu jurisdictionem quasi Episcopalem in subditos sacerdotes, ab Episcopi jurisdictione exemptos. Fauet huic Praxis, qua Regulares non aliundē quām per Episcopos accipiunt & in Iubilæo lucrando se horum dispositioni conformant.

### Altare.

Huius generis Priuilegia plura recenset P. Augustinus à V. Maria de Priuileg. Religios. V. Altare.

### Benedicere.

32. Regularis quæ vestimenta, ac paramenta pro alienis Ecclesijs benedicere posset.  
Item Sacerdos Regularis quando Corporalia.

**XXXII.**  
Quæ vesti-  
menta, ac  
paramen-

**A**D n. 59. Ut Regulares possint benedicere quæcunque vestimenta ac paramenta

menta Ecclesiastica, exceptis tamen illis in  
quibus Vnctio interuenire debet, nō so-  
lum pro Conuentibus & Ecclesijs propriis,  
sed etiam pro aliis, tam Secularibus, quām  
Regularibus, Pius 2. concedit Minimis,  
Bulla: *Dudum ad Sacrum*, Anno 1506. Pius 5.  
Prædictoribus, An: 1571, die 25. Jun. Grego-  
rius 13. Prælatis Ordinis SS. Trinitatis, Bul-  
la: *Expositus*. An: 1575. apud Augſt. à V. Maria.  
*De Priuilegiis Relig. n. 12. 17. 18.* Ex Priuilegio  
Sixti 5. concessio Minoribus, Simplices eti-  
am Sacerdotes cuiuscunque ordinis haben-  
tis communicationem, posse benedicere  
omnia ornamenta Ecclesiastica, exceptis  
corporalibus, pro quibus tamen benedi-  
cendis possint ex eadem concessione acci-  
pere licentiam à suis Provinciis, tradit  
Aluiset. *de Priuilegiis Reg. s. 3. c. 2. n. 16.* pro cu-  
jus priuilegij validitate & vsu licito allegat  
familiam PP. Recollectorum, Portel, Sa,  
Corras, Cruz, Posseu, Chaffain, Baun, Cor-  
dub, Molph, Mirand, & Rodr. *Quorum*  
*omnium auctoritas, inquit, facit mihi hanc opi-*  
*nionem indubitatam.* Quam vim habeant  
Constitutiones editæ à Cardinalibus, habi-  
to verbo cum SS. mo tradit *ibid. s. 4. d. 8.*

## Capitulum.

33. Capitulum Provinciale expleto tempore  
Pro-

Prouincialis, si adeſt cauſa, de conſenſu Definitorum ad duos, vel tres menses prorogari potest.

34. *Capituli culparum vtilitas.*

*XXXIII.*  
Capituli  
Prouincialiſſis dilata-  
tio.

**C**apitulum potest validē celebrari à Provinciali absque licentia P. Generalis tempore consueto: nihil enim de hoc habet vel Regula vel Constitutiones, vt habeat Declaratio Capituli Gen. 1643. dummodū tamen ei non fuerit positivē prohibitum, vt dicit alia Decisio 1659. Expleto autem triennio ſolari Prouincialis nequit propriā auctoritate diſterre Capitulum ſine licentia; ſi adeſt cauſa, potest de conſensu Definitorum ad duos vel etiam tres menses prorogare. Capit. Gen. 1656.

Fol. 103. pag. 1, lin. 1. pro Tit. 3. lege,

35. *Fit 3.*

*XXXIV.*  
Capituli  
culparum  
vtilitas.

Capituli culparū vtilitas perspecta habetur ex Doctrina communī Patrum, qui Religiosorū correctionem maximē commendant. Hi ſunt, S. Basilius in Regul. Breu. Inter. 47. & in Regul. fufor. Inter. 46. S. Hieron. in Regul. S. August. in Regul. S. Caſareus in Monial. Regul. Antiochus Monachus hom. 97. Hugo Victorin. in Comm. Regul. S. Aug. Smaragdus Abbas in Reg. S. Benedicti. S. Thom. quodlib. II. art. vlt. Humbert. super Regul. S. Aug. Commendatur etiam ex viſione

visione facta Patriarchæ S. Dominico, in qua  
vidit diabolum nolentem intrare locum, in  
quo Capitulum fieri solebeat, ob magnam  
iaucturam, quam ex illo sibi comparare dice-  
bat. Simile quid refertur de Abbatे de Mä-  
burg Alphab. 12. c. 9. memb. 4. Quod in  
Capitulo diabolus amittit, quicquid alijs  
locis lucratur. Lezan, in Mare Mag. & Reg.  
Carmel. n. 117.

## Casus Reseruatus.

- 35. Bulla Cœna D. an si recepta.
- 36. Casus Regulares ex Decreto Clementis 8.  
qui reseruari possint.
- 37. Dubia exorta circa hoc Decretū resoluta.
- 38. Decisiones Ordinis circa casum furti, &  
lapsus carnis ac Præsentationem.

**A**D n. 71. Hæc DD. ibi allegati orentus; XXXV.  
Scripto autē in publicā lucē edito, au- Bulla Cœ-  
uthoritate Vniuersitatis Salisburgensis vir na D. an  
Religiosissimus & SS. Canonum ibidem si recep-  
Professor eximius, D. P. Lud. Engel. Cel-  
lissimi & Reverendissimi Principis Archi-  
episcop. Salisburg. necnon & Illustrissimi  
ac Reuerendissimi Principis Episcop. Vien.  
&c. Consiliarius & Consistorialis, in Ma-  
nuali Paroch. p. 2. 6. 2. n. 2. 4. in fauorem po-  
tiūs anterioris opinionis pronunciat; quo  
loco cum ostendisset multas Excommuni-  
cationes,

Bulla Cœ-  
na D. an  
si recep-  
ta.

cationes, quas Authores longâ serie recen-  
sent, in Germania receptas non esse, vel cer-  
tè contrario vnu abrogatas, allegato in te-  
stem Henr. Magnigart. in Paruis Resolut.  
Moral. c. 5, §. 9. legem autem non receptam  
non ligare, per communem DD. sensum.  
Itemque receptam, per contrariam consue-  
tudinem tolli posse. ex c. fin. de Consuet. spe-  
cialis est difficultas, subiungit, quid censem̄  
sit de Casibus Papalibus in Bulla Cœna D. reser-  
uatis, anne etiam illa Bulla posset dici non esse re-  
cepta, cum tamen singulis annis rigorosè Roma  
promulgetur? audiui à viris fide dignis, quid  
aliqui Magni Principes Germaniae non sint pâse  
illam Bullam in suis territorijs promulgari, soriè  
quia plurimum defendit immunitatem Ecclesias-  
ticam. Sed an id iure fecerint, alijs disputan-  
dum relinquo. Interim ad nostrum propositum  
dicendum viderur, subditos habere iustam Ignor-  
antiae causam & consequenter non iucurrere  
censuras prædicta Bulla, si in aliqua Diœcesi non  
promulgetur. Text. notab. in c. Cum infirmi-  
tas. 13. de Paenit. & remiss. ibi: postquam per  
Prælatos locorum fuerint publicata &c. & te-  
net Caiet. 1. 2. q. 90. a. 4. ac in specie, quod  
Bulla Cœna non recepta non liget, asserit Nauar.  
Conf. 1. de Constit. n. 74. in summarij Layman.  
de Excom. c. 5. sub. n. 2. vbi refert Beccanum  
idem sentientem; quicquid forte sit de alijs cau-

CENSURAS

Additamenta.

81

sis Ciuitibus, & Iudicibus, qua periculum ani-  
marum non ita immediate tangunt, in quibus  
ex stylo Curia omnes hoc ipso Romae tantum pro-  
mulgata Bulla etiam in partibus obligans, Cho-  
ckier: de Iuris, ord. in exempt. p. 1. q. 50. a.  
n. 5. Hac ille.

Decretum SS. mi D. N. Cle-  
mentis Papæ 8. supra Casuū  
Reseruatione ab omnibus  
Regularium Superioribus  
observandum.

Sanctiss. D. N. quiam pridem accurrate per-  
spendit, ac re ipsa comperit, quod reseruatio  
facultatis absoluendi Religiosos penitentes à pec-  
catis quibusdam grauioribus, nisi Superiores ad-  
modum prudenter ac moderate illâ veantur,  
nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori  
suo conscientia maculas deregere formidant, ad-  
ducere posset in aeterna damnationis periculum,  
& spiritualis remedij desperationem adeo ut huic  
malo Sanctitas & opportunè prospiceret, decrevit,  
ut nemo ex Regularium Superioribus peccato-  
rum absolutiones sibi reserueret, exceptis his, que  
sequuntur, aut omnibus aut eorum aliquibus,  
prout subditorum utilitati expedire prudenter in  
Domino iudicauerint.

XXXVI.  
Casus Rea-  
gulares  
reseruatio  
ex Decree-  
to Clemē-  
tis 8.

F

1. Veneficia,

1. *Veneficia, incantationes, Sortilegia.*
  2. *Apostasia à Religione, siue habitu dimiso,  
siue retento, quando eō peruenit, ut extra septa  
Monasterij seu conuentus fiat egressio.*
  3. *Nocturna ac furtiva ē Monasterio seu con-  
ventu egressio etiam nō animo apostatandi facta.*
  4. *Proprietas contra votum paupertatis,  
qua sit peccatum mortale.*
  5. *Procuratio, auxilium seu consilium ad ab-  
ortum faciendum post animatum fœtum, etiam  
effectu non secuto.*
  6. *Iuramentum falsum in iudicio Regulare  
seu legitimo.*
  7. *Falsificatio manū aut sigilli officialium  
Monasterij aut Conuentus.*
  8. *Furtum de rebus Monasterij seu Conuen-  
tus in ea quantitate, qua sit peccatum mortale.*
  9. *Lapsus carnis voluntarius opere consu-  
matus.*
  10. *Occisio, aut vulneratio, seu grauis per-  
cussio cuiuscunque personæ.*
  11. *Malitiosum impedimentum, aut retarda-  
rio, aut apertio litterarum à Superioribus ad  
Inferiores, & ab Inferioribus ad Superiores.*
  - Preterea si quod aliud peccatum graue pro-  
Religionis conseruatione, aut pro conscientia pu-  
ritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat,  
quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut  
Prouincialis in Prouincia maturâ discussione  
& consensu,
- Non

Non licet Superioribus Regularium confessiones audire Subditorum, nisi quando aliquod peccatum reseruatum admiserint, aut ipsiusmodi subditi sponte, aut proprio motu id ab his perierint.

Superiores in singulis dominibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori vel minori, biisque sint docti, prudentes & charitate prædicti, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutionis committatur, quando casus occurverit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessorius iudicauerit.

Tan Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij qui possea ad Superioris gradum surrent promoti, caueant diligentissime, ne è notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem ventantur. Licebit tamen Superioribus determinare graues penitentias quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à Confessarij imponendas, que subditorum animos ab huiusmodi perpetrando cohíbere possint. atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruarib mandauit, non obstantibus Constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, ac cuiuscunque Concilij, etiam Generalis Decretis, necnon Consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore obseruatis, aut Regulis in Generalibus, seu Provinciis.

inicialibus Capitulis editis, statutis ac Constitutionibus etiam Apostolicā authoritate confirmatis, Priuilegijs, Induleis & Concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis regulis haberi voluit, caterisque in contrarium faciundis quibuscunque.

Datum Roma apud S. Petrum die 26. Mensis Maij Anno 1593.

Andreas Sorbolongus Secretarius Visitationis.

## Dubia emergentia in Decreto SS. DD. Clementis 8. super casuum reseruationem.

I. **A**N liceat in Capitulo Generali probatum XXXVII. **D**ubia &c. toto Ordine, & in Prouinciali præfatione circa tota Prouincia, pro Religionis conseruacione, reseruare aliquod peccatum, erianieligionis hoc Decreto in materiis casuum in Decreto contento resolutum.

**R**um maturâ discussione & consensu, ut purata in materia carnis, sollicitationem; nam, **A**n per verba Decreti videtur quod non, dictum enim, si quod aliud præterea peccatum graue & adjene per quæ verba videtur licere in aliis materiis, sed nō in materiis in Decreto expressis, quæ

2. Quid intelligatur nomine Superiorum?

F<sup>3</sup>

an Superiores locorum, an Prouinciales, an illi ( sive Superiores locorum sint, sive Provinciales ) quibus erant prius reseruati, vel de Regula vel de Constitutione vel de consuetudine.

3. Dato quod nomine Superiorum intelligantur Superiores locorum: queritur an absolutio reseruatorum possit fieri etiam a Vicario loci in Superioris absentia?

4. Dato quod Superior loci ( quod absit ) committat aliquod peccatum ex reservatis, an poterit absolui a quoque cui confessus fuerit, vel tenebitur confiteri suo Superiori, puta, Prouinciali?

5. Assignatis Confessariis in loco, an possit Superior assignare suos penitentes determinatos cuilibet Confessario? an erit ad libitum penitentium eligere quemcumque Confessarium?

6. Dato quod sit ad libitum penitentium, si eligit sibi Vnum, an erit etiam ad sumum libitum illum relinquere, & alium eligere?

7. An quando Confessarius iudicat sibi debere committi absolutionem alicuius reseruati, tenebitur Superiori dicere causam, ob quam iudicat sic faciendum? an solum dicere, quod sic iudicet sine expressione causæ?

F,

8. Circa

8. Circa casus ipsos dubitatur in sexto; Falsificatio manus aut sigilli Officialium Monasterij aut Conuentus. An nomine Officialium Monasterij & Conuentus intelligentur Provinciales & Generales? & dubitatur in septimo: Furtum de rebus Monasterij seu Conventus in ea quantitate, qua sit peccatum mortale, an nomine rerum Monasterij seu Conuentus intelligentur etiam res ad usum fratrum particularium assignatae, ut puta liber Concionum & aliquid aliud simile?

Ego F. Anselmus Monopolitanus missus ab A. R. P. Generali nostrae Congregationis Capucinorum proposui R. P. Toletο coram P. Sylvestro de Asisio Capucino super scripta dubia, & ipse R. P. Toletus respondit.

Ad 1. Dicens licere in Generali Capitulo prototo Ordine, & in Provinciali pro tota Provincia matura discussione & consensu, ut supra, referuare casus, etiam in materijs casuum in Decreto contentorum, ut puta in materia carnis sollicitationem factam.

Ad 2. Quod nomine Superiorum, penes quos remanet authoritas absoluendi, intelligentur illi penes quos ante decretum erat, & qui in nostra Congregatione, in qua ad Provinciales pertinebat, & ad eosdem nunc pertinet a reservatis absoluere: & per hoc responsum, tollitur 3. & 4. dubium, ut patet. Ad

## Additamenta.

87

Ad 5. respondit, quod depurandis sint Confessarii secundum numerum, proportionatum numero paenitentium, ita quod ubi pauci sunt paenitentes, poterit sufficere unus, & ubi erunt plures, erit ad libitum paenitentium eligere unum ex illis, sed electo uno non poterit mutare sine licentia Superioris loci, & per hoc tollitur 6. dubium.

Ad 7. respondit, quod quando Confessarius iudicat sibi debere committi absolutionem aliquius referatur, debet ( salvo sigillo ) si potest dicere causam ob quam iudicari sic facendum, quia sic inducit facilius Superiorum ad assentiendum, vel Superior cognita causa forte leui, inducit Confessarium ad oppositum iudicandum. quod si non potest exprimi causa sine prauidicio sigilli, debet stare conscientia ipsius Confessarij.

Ad 8. Circa casus ipsos referatos respondit: quod in 6. nomine officialium Monasterij seu Conventus intelliguntur etiam Prouinciales & Generales ordinis: Et in 7. nomine rerum Monasterij intelliguntur etiam res ad usum fratrum particularium assignatae, & denique quidquid intra Monasterij septa continetur, maxime apud fratres S. Francisci Capucinos, qui nihil extra Monasterium habent. Et haec dixit de mente summi Pontificis.

F 4

Decisio-

## Decisiones Ordinis.

**XXXVIII.** Circa casum furti, & lapsus carnis, factae Decisiones Ordinis sunt in Cap. Gen. 1633. lequentes decisiones. 1. Furantes comedibilitia inscio superiori circa casum furti, & lapsus carnis. 2. Maiori conventus, si id faciant in magna quantitate, & videtur incidere in casum reseruatum. Si vero id faciant tempore recreationis ad comedendum, standumerit iudicio prudentis. 3. Lapsus carnis ex solo visu proueniens vel ex imaginatione, et si mortale peccatum sit, non est tamen reseruatum. 4. Non est peccatum reseruatum, cum quis ante consummationem lapsus carnis sive operis, vere paenitet voluntareque renititur, et si causam dederit vero opere peccaminoso. His adde 4. Cap. Gen. 1643. Religiosus recipiens aliquid sine licentia Superioris, quod sit materia peccati mortalis, & postmodum auctoritate propriâ illud restituens ei, qui dederat, duplex peccatum mortale committit reseruatum, si huiusmodi res est, cuius Religio sit capax. 5. Paenitens, qui onus suscepit se presentandi, potest ab alio Confessario, cui denud confiteatur, eximi ab onere illo, si Confessario sic expedire videbitur. Anno. 1637. 6. Confessarius non dispensatur ab onere se presentandi pro suo Paenitente, si post superueniente solennitate Superior dederit suam facultatem absoluendi &c. nisi ei certè constet de voluntate Superioris, vel paenitens

pénitens denuò peccata reseruata confiteatur. 7.  
 In Iubilao non eximitur Confessarius ab onere se  
 præsentandi pro suis pénitentibus, nisi item re-  
 seruata eo tempore denuò confiteantur. Ambo  
 decisa sunt in Cap. Gen. 1650. Denique In-  
 strutiones Iudiciales nostri ordinis reuise  
 ac denuò approbatæ in Cap. Gen. 1662, reie-  
 ctâ nominatim opinione Soti, iuxta verio-  
 tate opinionem, teste P. Hieron. à Sorbo in Declar.  
*Bulla de largit. mun. aiunt trium argenteorum*  
*vel Iuliorum, esse materiam seu quanti-*  
*tatem furti aut proprietatis notabilem.*  
*De Absolutione Nouitiorum à reseruatis,*  
*vide Addit. ad V. Absolutio quoad ff.*

## Clausura.

39. *Oratoria nostra post Altare maius sunt extra clausuram, sœminam tamen intromittere sine scandalo nemo potest.*
40. *Mulieribus quando licitum ingredi Monasteria.*
41. *Prouincialis prolongare clausuram horti aliquando potest.*
42. *Prohibitio ingrediendi septa Monasterij Monialium. Nominе septorum quæ intelligantur.*
43. *Quibus prohibitum ingredi Monasteria Monialium. An Reginis, Fundatrici-*

F5

bus.

- bus. Monialibus alterius Ordinis iter agentibus. Infantibus, Fatuis.
44. Qui licentiam concedere possunt ingrediendi.
45. Qualis licentia, & quæ causa requiratur.
46. Confessarius infirmæ confessionem audiens in Monasterio quomodo se gerere debat.
47. Nobis Capucinis prohibitus ingressus in quamcunque domum fœminarum regulariter cohabitantium, etiam si duas sole sint.
48. Casus, quibus specialis facultas FF. Minoribus concessa est ingrediendi Monasteria Sanctimonialium.
49. Ab Illustrissimis DD. Nuncijs Apostolicis FF. deputati Visitatores Monialium ingredi possunt septa Monasterij pro causis necessarijs.
50. Decretum circa allocutionem Monialium obligat sub peccato mortali.
51. Licentia loquendi extenditur ad socium.
- XXXIX.** *Oratoria nostra extra Clauſuram.*
- A**D n. 80. Quoad nostros Conuentus sciendum est i, licet oratoria nostra post altare maius sita, Coriolanus noster de Caseru. p. 2. casu 3. ponat extra Clauſuram, & partem Ecclesie, ad quam possint ingredi mulieres absque censura; cum sit locus apertus omni suspicione carens, eo vel ma-

xiimè

ximè, quia ad talem chorūm accessus fit cōtinuatè per eandem Ecclesiam. Prout etiam ipso factō in Italia vidi prænobilem quādam Dominam in Chorūm nostrū admitti absque vlla contradictione. Cum tamen in Prouincia nostra consuetudo fœminas ab illius ingressu penitus arceat, sine scandalo nemo talem in huiusmodi chorūm intromisserit.

2. Quamvis Horti communiter nomine Monasteriorum non veniant, iuxta declarationem quandam factam ab Innocentio 4. super illud nostræ Regulæ; *Frates non intrent in Monasteria monialium.* Per nomen Monasterij, intelligi solum dormitoria, claustra & officinas interiores; apud nos tamen receptum est, vt clausura se extendat etiam per hortum clausum, ita quod sepes seu muri hortorum faciant clausuram; quod indicare quoque videtur Greg. 13. dicendo: *Monasteria, domus & loca sua, vbi per loca sua* P. Coriol. cit. casu 2. n. 18. & P. Sorbo in Comp. Priuil. ad V. Ingredi Monasteria declarantes Bullam Gregz. 13. versu, *Ex verbis;* intelligi volunt etiam hortos, quando sunt ipsi monasterio contigui. Sanch. l. 6. Moral. 6. 17. n. 15. tametsi ex verbisillis Gregorij 13. id euinci neget, eiusmodi tamen hortos siue Religiosorum, siue Monialium, esse in-

tra

tra Monasterij clausuram, illiusque partem dicit, ac Pontifices illos nomine officinarum interiorum comprehendisse, utpote qui re-creationi Monialium & Religiosorum, manendo intra clausuram deseruant. Idem tenet Cotonius l. 4. controu. 7. c. 1. n. 14. si tamen muri diruantur & solo æquentur, clausuram desinere.

XL.  
Mulieribus quā-  
do licitū  
est ingredi  
Monaste-  
ria.

3. Exceptionem quandā liciti ingressus fecit Pius 5. in Bulla: *Decet Roman. Pontif. An. 1590. apud Cherub. n. 20.* his verbis expressis. Significamus nihilominus, quod properter prædictas nostras litteras non intelleximus nec intelligimus mulieribus præcludi aditum ad Monasteria & loca Regularia. & eorum claustra, quando in eis Missæ & alia diuina officia celebrantur, ac dum processiones sunt, & quando Christi fidelium cadavera ibi sepeliuntur, ac etiam pro eis suffragia sunt, sed liberè perpetuò concedimus eisdem mulieribus omnibus facultatem, ut ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur, cum alijs personis catholicis accedere licet & libere possint & valeant; ac similiter quod quando diuinum Verbum in Claustris Monasteriorū & Regularium locorum proponitur, vel per aliam quamcunqz causam canthus concursus populi fuerit, quod commode ingredi non possint per portam Ecclesie, perpetuò concedimus, ut dicta Mulieres, vna cum alijs Secularibus

*Sacularibus personis, possint ingredi per portam Clauſtri Monasteriorum & locorum Regularium, dummodū recto tramite accendant ad portam, qua exiſtur ē Monasterio &c. Rodriq. to. I. qq. Reg. 48 a. 3. refert ſimilem declarationem factam in fauorem FF. Minorum, ac prædictam Pijs. declarationem aliquot illustrat annotationibus. Noster Coriol. exindē infert tempore Conſecrationis Eccleſiæ, mulieres poſſe ire ad omnia illa loca, ad quæ vadit Epifcopus cum proceſſione, dum tamē eant ſimul cum proceſſione: non autem ſi peractum fit officium: quia ſi amplius non fit proceſſio, non licet mulieri- bus ingredi clauſuram. Vnde illæ mulie- res, quæ tunc ingredentur in dormitoriu- um, incurrent in Cenſuram, cum per ta- lem locum non fiat proceſſio. Idem ego dixerō de caſu, qui contigit me preeſente, cum poſt confeſſationem alicuius noſtræ Eccleſiæ, anguſtia tempi multitudinem ho- minum non capiente, Reuerendissimus D. Epifcopus Sacra-mentum Confirmationis contulit in clauſtro monaſterij; licet tum fuerit, qui factum minus probaret.*

4. Monaſterio nondum perfecto, intro- duc- do choro, conſtituta familiā, non po- reſt Prouin- cialis prolo- ngeare clauſuram, licet horti clauſu- ram poſſit, quando muris necdum vallatus eſt. Deciſ. in Cap. Gen. 1643.

Ad porcē.

#### XLI.

*Provin- ciales pro- longare Clauſurā horre al- quando po- reſt.*

**XLII.** *Ad n. 83.* Quibus interdictum sit ingredi  
ingredien- ad Monasteria Monialium? & quis talem  
di septa ingressum valeat concedere? ac quibus?  
Monasterij decernit S. Trident. Synodus seß. 25. de Re-  
Monialium. *gul. c. 5.* his verbis: Ingredi autem intra sep-  
ta Monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis  
aut conditionis, sexus, vel etatis fuerint, sine  
Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obteata,  
sub Excommunicationis pena &c. Huius De-  
creti obseruantia cum in dies maius in regi-  
one nostra sumat incrementum, & propter  
Moniales, quæ aliquatenus nostræ curæ  
commissæ seruant clausuram Canonicam,  
hoc loco paucis, iuxta magis receptas Do-  
ctorum sententias, declarare abs te non fu-  
erit.

*Nomine  
septorum  
qua intel-  
ligantur.* Dicitur ergo *n. Septa Monasterij.* Quid  
nomine Septorum Monasterij debeat intelligi,  
pater ex Summ. n. 84. nempe spaciū illud,  
in quo continentur cellulæ, dormitoria,  
claustra, officinæ interiores, horti & alia  
loca, in quibus Moniales ordinariè com-  
morari & versari solent. Huiusmodi clau-  
sura licet in Monasterijs, qualia modò con-  
struuntur, vel etiam ab antiquo regulariter  
ædificata sunt, difficile non sit internoscere  
cum ordinariè locus habitationis Regula-  
rium diuidatur aliquo murorum sepimento  
à locis, in quibus possunt commorari Sæcu-  
lares,

lates, aliqua tamen sunt adeò irregulariter  
construēta, ut tota Regularium habitatio  
non sit vnicō muro continuo ac indiuiduo  
circumsepta, sed in vna parte claustrum, in  
alia officinæ, alibi etiam horti & alibi col-  
locutoria, in his vix dici potest, quis sit ter-  
minus localis, in quo compleatur ingressus  
sufficiens, ad peccandum contra legem Ec-  
clesiasticam, de qua h̄ic sermo est. In hoc  
tamen etiam casu subuenire potest, & quandoque  
solet Superiorum, ad quos spectat  
clausuræ terminos designare, auctoritas.  
Quid verò tenendum de domibus Tertiari-  
arum, quæ more Sæcularium ædium con-  
struēta, confusa habent Regularia, Sæcu-  
laribusq; hospitibus deputata habitacula,  
absque clausura, nobis autem minoritis  
quæ interdictæ sunt ingredi? Sanè si ad il-  
la hospitum diuerticula aliis ingressus non  
est, nisi per ea loca, quæ moniales illæ seu  
Sorores communiter inhabitant, omnino  
vitandus est introitus, etiam ad ea loca, quæ  
hospitibus Sæcularibus recipiendis inferui-  
unt, sed maximè, si non intersit sepimen-  
tum seu paries, qui habitacula ista discernat  
ab invicem, & ostio clauso separat.

Dicitur 2. Nemini cuiuscunque generis vel  
conditionis. Reges sigitur, Reginas, Impera- XLIII.  
tores, Imperatrices, aliasque cuiuscunque Quibus  
digni- ingressus  
prohibe-  
tur eis.

dignitatis Personas non posse monasteria  
monialium ingredi probabiliter dici posse  
censem Bonacina penes Barbos. in dictuml.  
Trid contra Rodriq. & Sanch. existimantes  
Regibus, Reginis, Imperatori & Imperatrici,  
eorumque filijs ac filialibus, interdictum  
non esse ingressum in Monasteria monialium.  
Cum his tenet Vrban. ab ascens.  
*Theol. Moral.* tr. 2. p. 2. dist. 1. c. 5. Reg. 4.  
& extendit etiam ad fundatrices, quæ tanquam  
Dominæ Monasteriorum arceri non  
debeant. Idem de Cardinalibus docuerat,  
sed retractauit postmodum Diana, quem re-  
fert ac sequitur Cotonius *Controu.* 7. n. 34.

Dicitur 3. Sexus. Fœminis proinde qui-  
buscumque, etiam fundatricibus, aut Do-  
naticribus, ad breue, vel ad longum tem-  
pus id licere negat Barbosa, cit. n. 48. ob  
Constitutionem Pauli 5. de Anno 1612. de  
quibus, ut iamiam dixi, Vrbanus opposi-  
tum scripsit An. 1649. Meminit Lezana  
to 1. qq. Reg. c. 25. n. 31. alicuius declaratio-  
nis S. Congreg. per quam; non licet Episco-  
po licentiam dare matri, sororibus, &  
consanguineis monasterium ingrediendi,  
causa visitandi filias, vel sorores, etiam si  
sint in mortis periculo. Addit *ibid.* n. 32.  
posse moniales pro totius monasterij obse-  
quio, ut in officijs culinæ, & alijs inseruant,  
vel

vel etiam priuato grauiter infirmæ ministerio famulas sacerdotes habere, quando non sunt conversæ, quæ istud ministerium exercere possunt, dummodò foras non exantur, & admittantur de licentia Superiorū. Moniales iter agentem admitti posse in hospitium cuiuscunq[ue] monasterij, siue eiusdem siue alterius ordinis, quod hoc non sit contra clausuram, sed valde decens honestatē monialis egestate, tradit Lamas, quem refert Sanch. I. 6: Mor. c. 16, n. 9. & cum hac distinctione sequitur. 1. Admitti posse moniale in eiusdem ordinis & habitus etiam non peritâ Superioris licentiâ, etiamsi animi recreandi causâ tantum, aut Moniales invi- sendi in eo loco esset. 2. Moniale iter agentem in hospitium alterius ordinis admitti posse, si non esset monasterium eiusdem ordinis vel habitus in eo loco; aut si esset, Moniales nollent eam admittere, neque reperiretur domus, in qua commodè noctem ducere posset. 3. Admitti non posse, quando solùm gratiâ animi recreandi aut Monialis cognatæ invisendæ vellet illud diuersi ordinis aut habitus Monasterium ingredi, quod ad hoc causa iusta non adsit.

Dicitur 4. *Etatis.* Moniales idcirco puerum, puellamq[ue] infantem intra Monasterij septa recipientes esse excommunicatas existimat Comitolus & sel. referens S. Cogg.

G

Episc.

Episc. ita censuisse in Creus. 12. febr. 1585.  
 Contra hos allegat quamplures oppositum  
 docentes Barbos. vbi supra n. 55. afferendo,  
 Infantes discretione carentes admitti posse  
 ad claustra monialium, nec illas eos admit-  
 tentes incurrire aliquam Excommunicati-  
 onem, cum nec ipsi ad peccandum incitare  
 possint. Etsi Concilium in praesenti exclu-  
 dat omnes cuiusvis ætatis, loqui de haben-  
 tibus vsum rationis, & de illis, qui ad pec-  
 candum mouere possunt, ut sunt fatui, qui  
 licet intrando non peccent, peccant tamen  
 Moniales eos admittentes. In dubio, an  
 pueri habeant vsum rationis, nec ne? do-  
 cet Sanch. cit. n. 7. si septennes sunt, com-  
 prehendi hac prohibitione; fucus si non-  
 dum septennes, quod vsum rationis commu-  
 niter septennio completo accidat. Idem de  
 puellis tradit. c. 17. n. 3. Recipi possunt pu-  
 ellæ non minores octo annis in Monasteriis  
 Monialium, cum licentia Superioris in scri-  
 pto, & de consensu Superiorissæ ac Monia-  
 lium simul, modò id non repugnet instituto  
 Regulari Monasteriorum, tum ad illas ho-  
 nestè educandas usque ad annum 25. tum ad  
 probandum (si velint) num ferre queant  
 iugum vitæ Religiosæ. In eiusmodi tamen  
 receptionibus caendum est, ut nec ancillas  
 habeant priuatas, nec regrediantur, si semel  
 exant,

exstant, nisi propter infirmitatem cum licentia exiissent, teneantur etiam ad clausuram sicut Moniales, modestè vestiantur, non sint etiam viduae, nisi velint fieri Moniales, nec alias infonestrè vixerint in sèculo. Utbanus cit. Reg. 8. ex pluribus, ut ait ipse, Cong. Card. Declarationibus fusè relatis à Roderiq. to. 1. qq. Reg. q. 46. a. 10. & Conferr. tit. 22. Summarij c. 8.

Dicitur s. Sine Episcopi vel Superioris Licensia in scriptis &c. respectu, nimicum ad subiecta sibi Monasteria, ita quod Superior Regularis, respectu Monialium sibi subditarum, plenū ius habeat independēter ab Episcopis, concedendi hanc licentiā, ut ex quadam declaratione S. Congreg. resolut Lezan. V. Clausura. n. 24. atque hunc Prælatum Regularē esse quandōque Generalem, quandōque Provincialem, seu ipsorum Vicarios, quandōque Prælatū Conuentualem, iuxta morem & statuta Religionum & ipsorum Monasteriorū Monialium; Illorum enim est hanc licentiam concedere, quorum interest clausuram Monialibus indicere, quod ad dictos Prælatos spectare solet. Episcopi eam licentiam concedere auctoritate Ordinariā, quando Monasteria sunt ipsis subiecta; auctoritate delegata, quando sunt immediate subiecta

Gz

Sedī

XLIV.  
Qua licensia concedere possunt ingredieendi.

Sedi Apostolice, tradit Sanch. *vbi supra.* m<sup>13.</sup> & Barbos. n. 57. Si quid aliud in particularibus Religionibus sit, lege, vel consuetudine receptū, huic standum esse scribit Lezan *to. i. c. 25. n. 25.* In casibus etiā extraordinarijs facultatē ingrediendi huiusmodi Monasteria concedunt Nuncij Apostolici, etiam nostris fratribus.

Porro licentiam debere esse specialem

**XLV.** (saltem quoad genus personarum, quibus *Qualis* conceditur scil. Medicis, Chirurgis &c; *licentia* Lezan. *V. Clausura.* n. 25.) & in scriptis, *& qua* *causa re-* colligitur ex Trid. *cit.* nisi periculum gran- *quaratur* de sit in mora. Causam vero requiri non so- *ad ingre- lūm rationabilem, verū etiam manife-* *sionem.* *stam, nimirū Superiori licentiam conce-*

denti, habetur ex Decret. *Periculo.* Hanc licentiam pro Medicis, operarijs & alijs casibus ordinarijs dandam, committi posse ipsi Superioriss & quidem oretenus, quia Trid. & Bullæ scripturam exigunt in licen- tia, non in huiusmodi commissione, ad cauetelam tamen melius dari scriptam, asse- rit Cotonius *vbi supr. n. 47.*

Quæ causæ legitimæ sint, attigi in Sum- mula n. 86. esse utilitatem, aut necessitatem, Spiritualem, vel corporalem. De Spirituali, que

qua potissimum Visitatores, & Confessari-  
os concernit, sufficienter actum est ibid. &  
alibi, Corporalis attingit Medicos, Chirur-  
gos, & operarios quoscunque pro opere ex-  
ercendo, ad quod non sufficient Moniales,  
nec fieri potest exterius, vt ait Collector  
Priui. V. Ingredi Monasteria. in casu 7. quam  
explicans Corduba; hoc, inquit, habet locum  
in quoquaque opere adificij, aut resarcimenti,  
aut plantationis arborum, aut cuiuscunque al-  
terius rei seu operis intra Monasterium faciendi,  
quod extra seu ab extra non potest commodè fieri,  
aut si opus est industria seu adiutorio, ita quod  
opere Monachæ per se, sine tali adiutorio, vel in-  
dustria, aut opere nequeunt, aut nesciunt com-  
modè facere.

Pro isto casu aduertendum ex eodem  
Collectore ibid. Quando artifex fuerit Sæ-  
cularis, debet ingredi absque socio, ita quod  
nec Confessor seu Vicarius, nec aliquis So-  
ciorum eius poterit ingredi cum huiusmodi  
Sæculari, nisi opus esset ad dandum ordi-  
nem & industram in opere faciendo. Si fra-  
tres deputati servitio Monialium fuerint  
artifices idonei, poterūt ipsi ingredi ad labo-  
randum in tali opere, etiam si inueniantur  
Sæculares; Fratres autem non deputati ad  
servitium Monialium, quamuis sint arti-

G;

fices,

fices, non poterunt ingredi, quia pro ipsis non habetur licentia specialis, prout requiritur in Regula. Addit ad hæc Corduba, quod quamvis pro Sæculari possit dici, quod debet intrare solus, si solus potest facere quod faciendum est, ut dictum, tamen si Religiosus intrat, non debet intrare solus, cum istud nec Prælato, nec Confessori licet. Similia dicit Sanch. *L. 6. mor. c. 16. n. 46.* de Sacerdote Sæculari ac Regulari; si Regularis sit, iustum esse causam, ut unico socio comitatus accedat, quod & consuetudo & decentia religiosa postulat, ut hi nunquam soli, sed bini saltēm incedant; ad hoc autem, ut socius ingrediatur, sufficere licetiam, quam habet sacerdos principalis. Sæcularem absque socio debere ingredi, quando ipse solus rem agere potest, v. g. ad audiendam Confessionem; pro administratiōne S. Eucharistia & Extremæ Vnctionis posse secum accipere locum, cum indecens sit & à more Ecclesiastico alienum, fæminā huic ministerio inseruire. Nouarius in *Lucerna Regul. V. Clausura.* Decisum refert à S. Cong. 1583. 13. Sept. quod valeat administraturus Sacramentū Pœnitentia, Eucharistia vel Extremæ Vnctionis, ingredi absque Socio. Quomodo sese debeat gerere eoque casu Confessarius, ex eadem decisione recitat.

XLVI.  
Confessio-  
rius infe-  
rno confi-  
me confit-

tat Barbosa l. i. Iuris Eccles. c. 44. n. 131. vi.  
 delicit ut Confessario infirma Confessionem au-  
 diente, cellæ ianua aperta remaneat, & ambæ  
 comitatrices ad eiusdem cellæ ianuam morentur,  
 ita ut & Confessarius & infirma ab eis com-  
 modè cerni posit. Sciens infirmam ad Confessio-  
 nalem Ecclesie accedere posse, nullo modo audeat  
 monasterium ingredi, vt Pœnitentia Sacramen-  
 tum ei minister. Ingressus ad administranda Sa-  
 cramenta, rectâ viâ & absque diuerticulo eat,  
 redeatque, nec in aliam Monasterij partem diua-  
 getur, etiam occasione visitandi alias infirmas,  
 quibus Sacramentorum administratio maximè  
 est necessaria, administrato Sacramento Extremæ  
 Unctionis Monialibus infirmis, ac animabus ea-  
 rum Altissimo commendatis, Confessarij non am-  
 pliusibi moretur, sed & hortari eas ad benè mo-  
 riendum alijs Monialibus sicura. Vnde non li-  
 ceat Confessori, nec alijs Regularibus ingredi  
 Monasteriū sub prætextu Sepultura tradendi ca-  
 dauer alicuius Montalis, aut officia funeralia per-  
 agèdi, sed hoc officiū, si intra clausurā sepelienda  
 est, ab alijs monialibus, vel à duobus operarijs ab  
 Ordinario approbadis peragatur, vel si in Ecclesia  
 exteriori humandum cadauer fuerit, ad portam  
 clausuræ referatur, receptumque à Regularibus  
 ibi sepeliatur. &c. Quod in hac Decisione  
 dicitur, vt ingressus ad administranda Sacramen-  
 ta rectâ viâ & absque diuerticulo eat, redeat-

sione au-  
 diens in  
 Monaste-  
 rio quo-  
 modo se  
 gerere de-  
 beat.

que, nec in aliam Monasterij partem diuagerur  
*&c.* aiunt communiter authores, P. Poli-  
 tius in c. II. Regul. n. 13. P. Gesuald. Th. Mor.  
 p. 2. tr. II. n. 2. de Excom. tr. 7. c. 2. n. 13. &  
 14. ex Collectore Priuileg. P. Sorbo, & alijs,  
 non metaphysico sed morali modo intelli-  
 gendum esse, neque adeo peccare, saltem  
 Iethyliter, si aliquantulum amplius ibi de-  
 moretur ex quadam curiositate videndi of-  
 ficianas, infirmariam, totam domum, aut  
 colloquendi cum aliquibus. Monialibus.  
 Rodriq. to. q. 48. a. 3. Idem afferit cum fa-  
 minæ ingrediantur Monasteria virorum oc-  
 casione processionis, seu diuinorum officio-  
 rum, iuxta declarationem Pij 5. suprarecita-  
 tam, quas ait non ita statim finitis dictis  
 officijs esse à claustris ejiciendas, ne possint  
 ibi per breue temporis spacium permanere.  
 Cotonius l. 4. controv. 7. n. 49. breuitatem  
 illam temporis ait non improbabiliter ex-  
 tendi ad quadrantem horæ. Si quis non ex  
 mera curiositate, sed corrupta intentione,  
 & si cum licentia ingrediatur, aut ultra tem-  
 pus concessum intra clausuram persistat,  
 aiunt quidam talem nō solum peccare mor-  
 taliter, verum etiam Censuram incurtere.  
 Verum quia hic revera non dicitur ingre-  
 sus absque licentia, & censoriae contra hunc  
 solum latæ sunt, Sanch. ybi supran. 69. Zero-  
 ja

la impraxi Episc. p. 1. V. Moniales. ad 8. quest.  
Coton. l. c. negant villam censuram con-  
trahere.

Ad n. 84. Prohibetur nobis è contrà in-  
gressus in quamcunque domum fæmina-  
rū regulariter coabitantium, quales sunt  
quamplurimæ per nostram. Prouinciam  
Tertiariarum S. Augustini, S. Dominici, S.  
Francisci &c. etiam si duæ solùm coabi-  
tent, Monasterium enim dicitur quæcunque  
Ecclesia sive domus, vbi Regularium Con-  
gregatio residet personarum. Ut post Ha-  
gon. tradunt Politius & P. Sanctes in c. II.  
Regul. Et pluralis locutio duorum numero est  
contenta. Ut habet regula Iuris 40. in 6. &  
l. vbi numerus. 12. tit. de testib Barbos. axiom.  
179. Quantumuis Claustram illæ non ser-  
uent, & in hæc loca liber etiam Seculari-  
bus pateat ingressus & transitus, quando-  
quidem quæcunque facultas, quâ generali-  
ter tançum omnibus Christianis, Clericis  
aut Religiosis, in aliquo seu aliquibus casi-  
bus præfata Monasteria introire posse con-  
ceditur, nullâ specialiter de FF. Minoribus  
factâ mentione, minimè sufficit, ut ea licet  
intrare valeant. P. Polit. cit. n. II. Multò er-  
go minus licebit hæc ingredi, vbi nulla ex-  
tat facultas, sed merus abusus, contra quem  
ad eo clamant SS. Canones, quos refero V.

G5

Sorores

Nobis Ca-  
pacinis  
prohibitus  
ingressus  
in quam-  
cumq; do-  
num Fæ-  
minarum  
Regulares-  
ter coha-  
bitantium.

Sorores, n. 441. Imò secundum S. Bonau. *ibid.*  
 cum sicut Monachi sunt non solum collegiati,  
 verum etiam Solitarij, sic Monachæ &  
 Moniales sunt non tantum collegiatæ, ve-  
 rum & quæ inclusæ dicuntur, & solitariam  
 vitam agunt. Et hæ vitandæ sunt sicut col-  
 legiatæ, propter maius periculū solitudinis,  
 extenore præcepti. Hanè doctrinam licet  
 impugnet P. Politius, eo quod Solitariæ, li-  
 cet Monachæ sint, earum tamen habitatio-  
 nes non sunt propriæ Monasteria seu Cæno-  
 bria Monacharum, quæ denotant Collegi-  
 um seu habitationem communem Religi-  
 osarum Mulierum ad simul hæbitandum;  
 In ipsa verò regula nonnisi ingressus ad  
 monasteria Monialium fratribus interdic-  
 tur, adhuc tamen putat ille Auctor, saltem  
 ex intentione huius præcepti minimè fratri-  
 bus licere talia Religiosarum Solitariarum  
 loca ingredi, propter eandem, periculi scili-  
 cet & scandali rationem, quæ æquè in istis  
 & fortè magis in Solitarijs quam illis col-  
 legiatis militat monialibus. Quamuis stan-  
 do in rigore litteræ, oppositum probabiliter  
 teneri possit. Idem tenet Sanctes cum Cor-  
 duba in Comp. Priuil. Mend. V. *Ingregi Mo-*  
*nasti § Quoad tertium Not.* Vbi de hoc diffe-  
 rent: Videtur, inquit, saltem ex intentione  
*Regula nostra, prohibentis ingressum ad Mona-*  
*sleria*

seria Monacharum, prohibitum esse nōcibis, taliq  
soca Solitariarum Religiosarum intrare. Nam  
totum intentum S. P. N. Francisci in hoc  
fuit amouere scandalum & periculum, quod fa-  
cile sequi potest ex tali ingressu, seu conuersa-  
tione cum feminis Religiosis in domibus earum,  
ut ait Bonau. de quo crederem, quod bene nove-  
rit intentionem B. P. N. Francisci, quæ ratio  
habet locum in domibus Solitariarum Religiosa-  
rum, sicut in Monasterijs Religiosarū in Congre-  
gatione viuentiū; & foris magis in illis, quam in  
ipsis. Ideo non videtur omnino securum, recedere  
ab opinione & sententia prædicta Bonau. quā-  
vis stando in rigore & sonitu litteræ, de quo B.  
P. Franciscus non multum sep̄ curauit, aliud  
possit quis opinari, ut dictum est, sed in dubijs &  
periculis tutius eligendum est cum viris Sanctis.  
Hæc ille, non immerito, Sape enim vbi Con-  
gregatio minor, ibi suspicio maior corſistit, &  
majoris peccati oportunitatem ipsa solitudo mini-  
strat. ait prudenter ibid. Collector Priuil. V.  
Tertio notan. Quid liceat in casu necessitatis,  
dicam n. seq.

Ad n. 86. Casus quibus specialis facultas  
FF. Minoribus concessa sit ingrediendi Mo-  
nasteria Sanctimonialium, Collector Pri-  
uill. Mendic. V. Ingredi Monasteria &c. enu-  
merat duodecim, quos ibidem diffusè discu-  
tit Corduba in annos. & ex nostris approba-

**XLVIII.** re videntur P. Sorbo *ibid. vers.* *Casus verò.* & P. Sanctes in c. II. Reg. P. Politius *ibid. n. 12.* Casus qui- recenset septem. P. Cyprianus in eundem lo- bus specia- lissimam facul- tatem FF. cum pag. 1060. ad quatuor reducit. Primus est, quando à superioribus suis, quicunque Min. con- illi sint, etiam Guardiani mittuntur, pos- cepta ingre- sunt ingredi chorus ad prædicandum, ce- diendimo- lebrandum, communicandum & spargen- nasteria. *Santissimo-* dam aquam benedictam, si Monialium Re- naliū. gula aut Constitutiones id exigant; non tamen ibi tunc loqui possunt cum Moniali- bus, nisi fortè ad petenda necessaria pro ce- lebratione. 2. Quando fratres sunt Confessores Monialium ægrotantium, quæ prop- ter infinitatem ad cratem deferri nequeunt, possunt eiusmodi Confessarij cū socio matu- ro & honesto Monasteria Monialiū intrare. 3. Quando fratres inuitantur à Prælatis siue Sæcularibus, siue Regularibus, licet ob vi- sitationem eiusmodi claustra intrantibus, possunt & ipsi fratres intrare, de licentia tamen proprij Prælati, si Subditi sunt, Quar- tus casus est extrema necessitas. Exempla hu- ius ponit P. Politius in *casu 6.* si Monialis al- qua moriatur, vel ratione incendiij vel rui- nae, vel pro tuendis à quorumlibet violentia, Monasterio vel personis ibi degentibus, quando nullus inueniretur Confessor pro audienda eius Confessione, vel aliarum per- sonarum

sonarum copia sufficiens, quæ in tali necesse possint, & velint succurrere. Quia vbi etiam in eadē adessent, qui sufficienter succurrerent, non possent fratres, nisi illius Monasterij obser-  
bus suis, quijs deputati sint, septa Monasterij ingredi.  
Eadem dicit Rodriq. to. 1. qq. Reg. q. 47. a.  
& quoad casūs alios a. 4. extensè refe-  
rens, qui Pontifices facultates tales concele-  
ferint. Horum casuum partim expressorum,  
partim insinuatorum, secundum à P. Cy-  
priano nominatū, duntaxat nobis in vnu es-  
se, in Summula dixi, non quia solus liceat,  
sed quia reliqui vix aut nunquam occur-  
rant.

Primus casus etenim contingit, quod  
Moniales aliquæ in eipso loco, in quo di-  
uinæ decantant laudes, sitam quoque habe-  
ant aram principem, ordinariæ Missæ de-  
putatam, iuxta quam sacræ quoque exhorta-  
tiones ad illas fieri solent. Verum hæc  
templi pars seu chorus licet à reliqua parte  
ostio singulari alijs communiter occluso  
distinguatur, dubium tamen est, num veræ  
clausuræ rationem habeat. Ut nihil dicam  
de nostris oratoriis, quæ, ut supra visum,  
P. Coriolanus extra clausuram esse iudicat,  
idem etiam de Monialium choro sentire vi-  
detur Coton. l. 4. controu. 7. n. 9. arg. c. 2. de  
Constitut. ibi; Claustra Ecclesiæ vel quibuslibet  
locis

locis religiosis piè conferuntur. Sed canon al. legatus (perperam, de Conflit. pro, de con- fuit.) ad rem nihil facit; neque enim hoc dicit, quod Claustra conferuntur Ecclesias, sed quod donations, que sub obtentu consuetudinis Claustris, Ecclesias &c. piè conferuntur, irrevocabiliter obseruentur. Quæ donations fieri possunt, sive claustra & Ecclesias distingua- tur sive non distinguantur. Esto verò etiam chorum indistinctè nomine Ecclesia compre- hendamus cum Sanchi. de Matr. l. 9. diff. 15. n. 33. licet solum habeat distinctum & magis editum ac pars videatur diuisa ab Ecclesia, vt in monasterijs esse solet, atque idcirco utrumque simul extra clausuram ponatur in conventibus Religiosorum, non tamen hoc locum haberet in Ecclesijs monialium secundum omnes illarum partes, quarum clausura strictius semper ab Ecclesia vrge- tur, tam quoad ingressum ad illas, quam il- latum egressum; adeò ut non tantum viros, sed etiam mulieres ab ingressu cohibeantur, cum tamen viris pateat aditus ad Religio- sorum Monasteria; & quoad egressum, Religiosi cum licentia saltem suorum Prælatorum possint foras exire quam- cunque ob causam, imò si duo Reli- giosi simul exerant per communem ianuam absque scandalo, statim postea reuersuri, etiā

sing.

sine Superioris licentia, venialiter tantum  
peccent secundum Urbanum ab Ascens.  
Theol. Mor. tr. 2. p. 2. dist. 2. c. 7. Reg. 6.  
Cum è contra Monialibus egressio sit om-  
nimodè prohibita nequidē vnum alterūmue-  
pedem; quod Castitas & interna mentis ab-  
stractio, vanitatūmque mundanarum con-  
temptus & obliuio, difficilior in fæminis  
propter Sexūs fragilitatem, quam in viris  
conseruentur. Hanc igitur Ecclesiæ men-  
tem & intentionem attendendo, dicendum  
est, sicuti iuxta Cotonium, Sacristia intra  
Claustra terminos includitur, quando per  
eam fit transitus in Claustrum, nisi portam  
habeat semper occlusam, ita multo magis  
id verum erit (haud dubiè de sensu etiam  
Cotonij, licet aliud verba præferre vide-  
antur) de choro, ad quem è claustro liber  
semper patet monialibus accessus & com-  
munis conuentio. Monasterium enim ait Col-  
lector. Pxiuit. V. Ingredit Mon. Vers. Tertio not,  
non facit domorum ambitio, sed continua Re-  
gularium habitatio personarum, Ecclesiasticis  
maximè seu diuinis officijs deditarum. Ob hoc  
fratres discreti omnē libenter Monialum locum  
ritant: qui cauer laqueos tutusest. Quod si ali-  
cubi in eodē Choro consistat ara, ad quam  
SS. Missæ Sacrificium offerri solet, & ipsis  
Monialibus in eodem Choto præsentibus  
fieri

fieri sermones sacri, non propterea clausura rationem non habebit, sed ad istos calus censebitur facere Declaratio Pij s. alias recitata, quæ licet viris tantummodo facta sit, in his tamen occasionibus locum quoque habere, quoad alios, ob consuetudinem & rationis paritatem iudicare licet; quod Frá-ciscanos autem licentia specialis memorata in casu 3. per concessionem Pij s. & Nicol. 3. quarum meminit P. Politius l. c. n. 12.

*Casum tertium* reprobat Gauantus allegans Barbosam, quod in Regula FF. Minorum, S. Pontificis licentia requiratur. De Barbosa hoc primum dico quod in loco allegato per Gauantum, scil. *Iuris Eccles. l. c. 44. n. 110.* solùm loquatur in casu quo Cardinalis quispiam, Episcopus aut alius habens priuilegium ingrediendi Monasteria Monialium cum Socijs, quos secum assūmere voluerit, talia intrat, quos negat assūmere posse FF. Minores, excipit autem FF. Minores rogatos à Prälatis curam Monialium habentibus, vt sibi opem in eo Monasterio ferant, iuxta terminos casus tertij, quem noster Politius l. c. casu 4. extendit etiam ab hoc, vt cum ipsis Prälatis seu Visitatoribus ingrediantur ad videndū officinas, & totum interius Monasterium, cum licentia tamen, vt dixi, sui Prälati, si fratres fu-

scint

erint subditi. Verum ut hoc liceat, illius tam  
en vsus nobis non æquè probatur, ex re  
latione certè didici hanc vnam ob causam  
Superiorem quendam nostræ Prouinciaæ fu  
isse à M. R. P. Generali Guardianatu priua  
tum, quia cum Visitatore quodam Conuen  
tum eiusmodi Monialium intrauerit. Exci  
perem tamen ego casum infra referendum,  
quando Monialis propter infirmitatem ad  
cates venire nequit, vt, si alij non adessent,  
vnus fratum ad scrutinium Electionis ad  
hibitus Visitatorem comitari possit ad ex  
cipiendum votum ex ore Monialis infirmæ.

Quartus casus reiici non potest, quod ex  
trema necessitas legem non habeat, cui ac  
cedit specialis potestas Pontificia; atqui sci  
endum est, expressam hic interuenire limi  
tationem, si non sit sufficiens copia aliarum per  
sonarum, qua in tali necessitate possint & velint  
succurrere. Quia ubi adessent qui sufficien  
ter succurrent, non possent fratres, nisi  
illius Monasterij obsequijs deputati sint, se  
pta Monasterij ingredi. Quoniam illis tan  
tum à Gregorio 9. fit ad hæc specialis facul  
tas, & Minores Fratres absque speciali Sedi  
Apostolicæ concessione, Monialium Mo  
nasteria ingredi non possunt, vt ex Regula  
constat & cum Collect. Comp. noster Poli  
tius ubi supra in casu 5. singulariter annotat.

H

Ratiss.

Rarissimus igitur apud nos est casus iste, quia rarissime desunt alij, qui tali necessitate succurrere possint, vel etiam teneantur. Vocantur quidem sacerdotes Confessores nostri ad Sanctimoniales agrotantes, Tertiarias principem, quae sine Clausura ceteroqui vivunt, sed ad has in claustrum intrare nequeunt, nisi, ut dictum, extrema necessitas sit, & alius non sit, qui possit aut velit succurrere. Alij casus Franciscanos ferè tantum concernunt, qui gubernatione quoque exterrnam talium Monialium exercent, aut alias eorum seruitio addicti sunt, quae apud nos locum non habent, præter Confessoris vsum.

**XLIX.**  
*Ab illis  
fratibus,  
Ecc. DD.  
Nuncij  
Apostolis-  
eis depu-  
tatis FF.  
Visitato-  
res Moni-  
alium in-  
gredi pos-  
sunt sep-  
ta Monas-  
terij pro  
causis ne-  
cessarijs.*  
 Committunt quandoque Illustrissimi ac Reuerendiss. DD. Nuncij Apostolici nostris Patribus officium visitandi monasteria Sotorum S. N. P. Francisci, quarum alias curam Confessionis gerimus, quibus hoc ipso facultas Apostolica competit etiam septa Monasterij intrandi pro causis necessariis, Cum qui officium aliquod confert, simul etiam censeatur concedere omne, quod necessarium est ad executionem illius, Visitoribus ad visitandum, & Confessoribus alijsque ad seruitium Monialium deputatis in casibus certis & determinatis, ut ait Collector Comp. not. i. casu ii. Di xi, pro casibus necessarijs: nam ultra casus necessarios

cessarios nullius roboris & vigoris essent cō-  
cessiones & indulta, si quæ essent, fauentia  
facultatem ingrediendi monialium Mona-  
steria, vt pote abrogata & annullata per S.  
Conc. Trid. & Greg. 13. teste P. Politio *cir.*  
*n. 13.* In quem finem aduertendum venit  
quod ab Urbano Papa ordinatum refert  
Collector *vbi supra*, quod Visitatores Monia-  
lum possint ingredi ad tenendum Capitulum vi-  
sitationis, vel aliud simile tangens suum officium,  
quod de foris nequit fieri. Et tunc cum duobus Re-  
ligiosis ac idoneis, id est, exemplaribus Socijs, &  
non cum pluribus debent ingredi: Qui videlicet  
socij simul maneant, & dum fuerint intra clau-  
suram, ab iniuicem nullatenus separentur. Hęc  
Urbanus. In quibus verbis nota, tangens su-  
um officium, quod de foris nequit fieri. Quare  
rator etiam est in isto casu ingressus Mona-  
steriorum, cum omnia fieri soleant ad cra-  
tem, nisi quæ ad officinatum &c. visitatio-  
nes spectant. De Electionibus singulariter  
disposuit Conc. Trid. Seß. 25. c. 6. de Regul.  
ne fiant intra Clausuram, cū vota colligi pos-  
sint extrinsecus per erates. Exceptionem ta-  
men fecit S. Cong. eiusdem, Si Moniales lectio  
propter morbum affixa ad erates venire neque-  
unt, quo casu declaratum fuit, non posse votum  
suum mittere ad electionem Superiorum, sed qui  
accipientis custodiendisque votis præfecti erunt,

H 2

hos

hos debere accedere, & ab eis vota accipere. Ita testatur Fagnan. inc. Quia propter. de Elec.  
n. 52.

L.  
Decretū  
circa al-  
locationē  
Monialis-  
um obli-  
gat sub  
peccato  
mortale.

Ad n. 89. Declarat hæc Epistola per opti-  
mè nostri Ordinis Constitutiones, quæ circa  
præsentē materiā ita statuant: Et quoniam  
ad veros Religiosos & Christi seruos spectat fu-  
gere non solum evidenter mala & peccata, re-  
rūm etiam quodcumque aliquam mali speciem  
prætendere potest, volumus idcirco ne fratres va-  
dant ad quodcumque monasterium, seu domos a-  
lias, in quibus Religiosa mulieres congregatae  
viunt, ad loquendum cum illius absque licentia  
P. Provincialis, qui sedulò inuigilet, aduertatq;  
ne facile facultatem talem concedat, nisi fratri-  
bus maturis, vitaque probata, & in casu necessi-  
tatis, aut magnæ pietatis, Itemque cum licentia  
Superiorum aliorum, prout necesse fuerit &c.  
In his verbis, quodd nulla esset mentio pre-  
cepti, sed simplicis desiderij, volumus. &c. &  
alias Statuta de se non obligarent ad pecca-  
tum, cum dubitaretur de illius obligatione,  
Ordinatio Generalis Cap. Anuo 1613, circa  
Monialium allocutionem ita statuit: Cre-  
dunt aliqui Decretum de non loquendo cum  
Monialibus sine licentia, non inferre nec include-  
re peccatum mortale, sed S. Cong. Regul. della-  
rauit includere.

Petes

Petes,  
siquatu-  
al locu-  
s. 88, q  
ctare l  
merito  
al licen-  
ui Guar-  
igat lo  
bonquid  
pol lib  
nutoris  
centia  
volunta  
ro qua  
bellizari  
ut proba  
ui nosn

Gau-  
C  
lmen  
di

Petes, an licentia concessa Regulari, vt loquatur cum Sanctimoniali, extendatur ad socium? Negat Cotonius l. 4. Controu. 7. n. 88. quod hoc fiat sine necessitate, cum socius, interim dum alter loquitur, possit recitare Rosarium &c. Verum quia sumpserit contingit, vt iunior aliquis frater cum tali licentia veniat ad nostros conuentus, cui Guardianus ad maiorem cautelam assignat socium seniorem & magis matutum, nunquid hic in angulum cedet oratus, quo liberius iuuenis sermocinetur? aut mutus attendet iuuenili discursui? apud nos certe talis non est Superiorum nostrorum voluntas, quare sententiam affirmantem, pro qua Cotonius refert Rodriq. Peyrin. Pellizarium, Tamburinum, & Lezanam, improbandam non puto, quorum auctorati nostraræ regionis accedit consuetudo.

LL.  
L. centia  
loquendæ  
extendi-  
tur ad  
socium.

## Confessarius.

52. *Guardianus non tenetur semper excipere Confessionem subditæ.*
53. *Licentia Superioris requiritur pro excipi- dis Confessionibus Secularium.*

H 3

54. Instrucio

54. *Instructio Confessariorum.*

55. *Confessione factâ Regularibus etiam contradicente Parocho satisfit praecepto annuae Confessionis.*

**P**Ræter ea qua de absolutionibus, dispensationibus &c. varijs habentur titulis, videndum pro præsenti titulo peculiariter est titulus nonus de absolutione quoad Itinerantes. In addit.

LII.  
*Guardianus non tenetur audire Guardianus, quando ex Confessione sibi timet manus fore per sigillum ligandas in exteriori gubernio, modò prouideat. Decis. Anno 1650.*

LIII.  
*Licentia Superioris requiritur pro excipiendis confessionibus facultariis.*

LIV.  
*Instructio Confessariorum.*

Ad n. 94. *Confessionem sui subditi non tenetur audire Guardianus, quando ex Confessione sibi timet manus fore per sigillum ligandas in exteriori gubernio, modò prouideat. Decis. Anno 1650.*

Ad n. 102. *Quod alias dictum fuit V. Absolutio quoad Secul. n. 32. ad confessiones secularium excipiendas non sufficere, quod quis approbationem habeat ordinarij, nisi & licentiam habeant nostri fratres à suis superioribus, hoc fuit confirmatum in Cap. Gen. Anno. 1633. & 1638. auctoritate Iulijz. & Greg. 14.*

Ad n. 103. *Breniter & sapienter inclyta Societas Iesu p. 4. Constitut. c. 8. litt. D. suos Confessores his verbis instruit: In Confessionibus, præter studium Scholasticum & Casuum Conscientie, præsertim Restitutionis, conueniet compendium aliquod casuum & censurarum, qua reservantur habere (ut videat, quod pertinet*

gas ipsius Iurisdictio) & simul formulas que minus usitate sunt quarundam absolutionum, quae occurunt ac breuem interrogandi methodum de peccatis & eorum remedij, & instructionem ad bene ac prudenter in Domino, sine damno suo & cum Proximorū utilitate hoc officium exercendum; & aliqua confessione auditā, presertim in principijs, Confessarius apud se consideret, num in re aliqua defecerit &c. Istud consilium prudentissimum qui sequi velit, repetiet Interrogatorium breue simul & exactum apud Bassæ. to. 1. Interrogatorium. De Restitutione autem V. Restitutio. Cætera in præsenti Summula, summarie autem in Breuiculo. Pro reliquo remitto Confessorem ad communes tractatus Casisticos, Vnam duntaxat admonitionem addo ex Rituali Romano Paulis, iussu edito, quia breuis est & maximè necessaria: Videat diligenter Sacerdos, quando & quibus conserenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio, ne absolutuat eos, qui talis beneficij sunt ineapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deservere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt, aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satisfiant, & scandalum tollant: neque etiam eos ab-

H 4

soluant,

*soluat, quorum peccata sunt superioribus referuata. Alia monita saluberrima vide tumetipse ibid. de Sacram. Panit. Et apud S. Bonau, in Confes. de Vsu Clau. c. 4.*

## LV.

*Confessio-  
ne factâ  
Regulari-  
bus etiam  
contradi-  
centem Pa-  
rocho sa-  
tisfit pre-  
cepto an-  
nue Con-  
fessionis,*

*Ad n. 104. Vt mandatum illud Episcopale nuper innouaretur, inter alias causa quoque fuit, quod essent, qui in dubium vocarent, vel etiam damnarent Confessionem factam Regularibus, velut inualidam ad effectum satisfaciendi præcepto. c. Omnis veriusque de Panit. & remiss. ut omnis veriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti &c. vbi illud insuper additur, quod si quis alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter ipse illum non posset absoluere vel ligare, &c. Mirum est rem toties motam, toties decisam, toties reuiuiscere. Mouit hanc primus contra Religiosos Médicantes Guilielmus de S. Amore damatus ab Alexandro 4. in Bulla, Non sine multa. Tum Ioannes de Poliaco tres in hac materia Propositiones erroneas assertens. 1. Quod confessi fratribus habentibus licentiam & potestatem generalem, teneantur ad eadem peccata, quæ confessi sunt, iterum confiteri proprio Sacerdoti, quem dicebat esse Parochiale Curatū. 2. Quod stâte statuto; omniis viris*

*triusque sexus.* Romanus Pontifex non potest facere, quod Parochiani non teneantur. Et apud semel in anno, proprio Sacerdoti confiteri; imò nec Deus hoc possit facere. 3. Quod Parochum illud papa non potest dare licentiam & potestatem generalem, imò nec Deus, qui confessi tali in dubio habenti, generalem licentiam, teneantur. Confessio eadem confiteri proprio Sacerdoti, &c. Itaque Ioannes 22. ad annum 1316. Pontificatum adeptus, citato, auditio & examinatio dicto Ioanne de Poliaco, istos tres eius articulos condemnauit, eum ad reuocationem eorum coegerit, & contrariam doctrinam ut catholicam vniuersae Ecclesiae sequendam mandauit, ut videre est in Extrau, quæ incipit: *Vas Electionis.* quæ habetur inter Extrau. eiusdem Pontificis in 6. Cum non cessarent etiam alij errores istos resuscitare, maximè Richardus Archiepiscopus Armacanius, Primas Hyberniæ, illud dolose afferens, tutius & securius esse proprio Parocho confiteti. Coactus est Eugenius 4. An: 1446, iterum omnes illos articulos tanquam hæreticos damnare & serìde decerne te, ut quicunque inuenirentur tales articulos tenere, contra eos, communiter, vel diuinim, tanquam hæreticos & de fide Catholica suspectos procederetur, &c. Bulla ad omnes Ecclesiae Praelatos directa incipit: *Gregis nostri, dat. Roma 1446.* quam iterum innouauit & de verbo

Hs

ad

ad verbum illam referens confirmauit Nicolaus s. per aliā Bullam: *Prouisionis nostra*, An. 1448. Similiter Pontifices alij, Alexand. s. Calixtus 3. ad instantiam Ducum, Alberti Austricæ, & Alberti Bauariæ, Communiatisque Argentinensi. apud August. à V. Maria, in Priuilegio circa hoc vide apud Lezan, to. 5. qq. Regul. in Mare Magnum Prædicatorum. §. 51. Minor. §. 50. Eremit. S. August. §. 50. Carmelit. §. 12. & 69. Seruit. §. 42. Speciale Decretum Clem. 8. recentius apud P. Bassæ, to. 2. V. Parochus. n. 6. quo tam FF. Prædicatoribus & Presbyteris Societatis Iesu, quām alijs Priuilegiatis indultum refertur, quibus Seculares peccata sua etiam quadragesimali & Paschali & quo quis alio tempore confiteri possint. Occasionem huius controvrsie & acta, necnon & auctores hanc tractantes materiā vide apud eundem Bassæ. cit. & to. 1. V. Confessarius. 2. n. 19. Nouissimam huius decisionem Innocentij 10. An. 1644. retero infra. V. Eucharistia. n. 195. Aduersantium obiectiones cum suis solutionibus habes apud Azor, to. 1. l. 13. c. 2. q. 2. Miranda to. 1. Man. Prælat. q. 45. a. 3. exactissimè quæstionem eandem resoluit, & qui quamplimas instantias dissoluit, Chassain. de Priuilegio. tr. 5. c. 2. prop. 5. Ex quibus de-

mūm

mūm duo hæc tanquam manifestissima deducit. 1. Regulares habere priuilegia ad confessiones Sæcularium vilibet & quouis anni tempore, etiam Paschali, independenter à Parocho, & aliquo modo ab Episcopo, audiendas. 2. Etiam manifestè, inquit, constat hanc facultatem audiendi confessiones non pendere à beneplacito Parochi, ac proinde posse Regularē audire illas, tum in districtu tetius Parochia, tum in Ecclesia Parochiali, contradicente etiam Parocho: quoniam verba confessionis illius facultatis sunt vniuersalia, absoluta & ad omnia penitus loca extensa, & sic absolute & vniuersaliter intelligenda; alioquin priuilegium Apostolicum contradicente Parocho non haberet effectum, quod esset contra c. In his. de Priuil. Adiunge, quòd vbi cunque sit Regularis Confessarius, est delegatus à Papa ad audiendas confessiones, delegatus autem sic potest vbi que suam Iurisdictionem exercere, sicut delegans. Non consulerem tamen (prudenter adiungit.) Regulari, illo contradicente, eo in sua Ecclesia utrum, cum multa liceant, que non expediunt, nisi non vsus in damnū Ecclesie vel animarū & in mag- nū Regularis Instituti præiudiciū verteretur. Ec hac sententia, quòd usus illius facultatis non pendat à Parocho, infinitis ferè DD. auctoritatibus firmatur, de quorum numero sunt Gerson. l. 2. in Euangel. Marci. & de Statibus Eccles. l.

p. 118.

p. tit. 3. q. 5. & de potest. Eccles. consider. 12.  
 Rebuff. in c. Omnis utriusque Bonacin. q. 5 de  
 S. Pœnit. s. 2. p. 4. prop. 7. Gamach. 10. 3. p. 2.  
 de Pœnit. c. 18. assert. 2. Ant. Andreas in 4. d.  
 17. q. vn. a. 3. §. Quantum autem. Almain.  
 ibid. q. 1. a. 3. Viuald. Iuriscons. in Candel. aur.  
 tit. de Confess. n. 27. & 28. Taceo DD. Thomam  
 & Antoninum; omitto Scotum, Maior. Adrian.  
 Panormit. Tolet. Azor. Suar. Medin. Mirand.  
 Sylvest. Angel. Sotum, Henr. Valens. Vasquez,  
 Moromū latè Resp. 99. latè & doctè alios viros  
 doctos & pios instituti regularis professores, qui  
 hæc sententiā enixè defendunt. Hucusq; Chas-  
 fain. De Auctōribus, qui primō hasturbas  
 mouerint, & quos insuper alios articulos in  
 materia Sacramenti Pœnitentia & Pradi-  
 cationis contra FF. Minores & Mendican-  
 tes suscitārint, agit compendiosè P. Mar-  
 chant. in 12. fundam. Ordin. Min. fund. 10. §.  
 6. fusius historico stylo Wading. in annal.  
 Min. ad An. 1357. n. 6. vbi etiam refert, qui  
 nostra ætate eosdem errores resuscitatint,  
 quibus alios insuper accenserit Arturus in  
 Martyrolog. Minor. in Prolog. a 13. quæ-  
 que gloriose N. P. Iuo Parisiens. eosdem  
 conpescuerit tractatu eruditissimo, cuius In-  
 scriptio: Felices pietatis successus seu vita reli-  
 giosa Triumphus. &c.

Consti.

## Constitutiones.

56. *Peregrini an patriæ legibus, vel loci in quibus versantur, vel nullis teneantur?*

**Q**uæ materiam Constitutionum, præsertim Apostolicarum, generaliter concernunt, ex instituto continet Isagoge huius Summulæ, Specialia huic loco reservata sunt, peculiaria singulis habentur titulis.

Circa questionem in fine motam, & aliás frequenter tactam, cum sit casus quotidianus, & controversia idcirco agitetur celeberrimæ, quantum leges obligent peregrinos & vagos? sciendum est varias hac in re Doctorum esse, sibiique aduersantes opiniones, quarū Sectatores tamen ita suam quisque propugnat, ut nemo ferè sit, qui reliquas etiam non, ut probabiles, admittat.

Probabiles igitur habentur omnes istæ assertions. 1. Peregrinos, qui & adueniæ & forenses dicuntur, qui extra Patriam & domicilium peregrinè agunt, in alium locum per modum transitus & hospitiij confluentes, dum à proprio domicilio absunt, teneri secundare leges & consuetudines sui domicilij, quamvis in eo loco, iu quo reperiuntur, non obligent.

2. Egressum

## LVI.

*peregrini  
an legibus  
patria & loci ten-  
antur, vel nullis.*

2. Egressum fines suæ Patriæ amplius non teneri illius legibus, nō solùm municipalibus & propriis proprij territorij, seu ciuilibus seu Ecclesiasticis, verùm etiam Iure comuni latis, quarum obseruantia viget in proprio territorio, non verò in loco, in quo pro tempore versatur: quod leges obligent solùm mediante territorio.

3. Qui territorio excedunt, sicut statim eximuntur legibus Patriæ aut domicilij, ita statim ac alienum territoriorum ingrediuntur, subiectiuntur legibus & consuetudinibus illius loci, siue diu ibi morentur & quasi domiciliū acquirāt, siue parū, siue etiā transēter duntaxat, pro tépore quo ibi manent. Afferitur hoc maximè de Vagis seu Vagabundis, qui nullibi certam & constantem sedem ac domicilium habent, sed hinc inde vagantur; & illi qui prius domicilium relinquentes, querunt vbi sedem sibi figant, qui tenentur ad leges & consuetudines loci, in quo etiam obiter inueniuntur, ne videantur exempti ab omnibus Statutis & legibus, quod Ratio abhorret, homo enim ratione prædictus est, vt lege dirigatur eiisque ductum sequatur, præfertim in rebus animas salutem concernentibus: Quælibet enim Christi ouis indiget semper pasturā diuini Verbi & Sacramentorum, debetque dirigi

in lege Christiana & ad religiosos mores induci, etiam adhibitâ, cum opus est, seueritate censuræ.

4. Peregrinos nec Patriæ, nec diuersorij legibus teneri; frui tamen utriusque Iuribus & priuilegijs, nempè Diuersorij, acceptatione fauorabilium absque oneribus: Patriæ; tanquam breui reddituros, adeoque moraliter præsentes, Vagos etiam nullis Statutis particularibus locorum teneri quidem asserunt, quod incolæ non sint aut inhabitanteres.

Ex his colligunt Doctores quamplurimas illationes & resolutiones casuum pro obseruantia Ieiunij, festorum & aliarum legum, etiam communii Iure latatum, quales in hac etiam Summula videre est plures titulo præsenti. *V. Absolutio quoad Itinerantes, præcipue V. Diuinum officium &c.* quæ supra dixi n. 115. præ cæteris opinionibus suadent eam, quæ inter recensitas numero tertia est, habito tamen, quoad Regulares, respectu subiectionis quoad proprium Ordinem & exemptionis ab alijs.

## Custos.

17. *Decisiones generales circa Custodes, & Vice Custodes.*

Circa

## LVII.

*Decisiones  
generales  
circa Cu-  
stodes, &  
Vice-Cu-  
stodes.*

Circa Custodes habentur aliquot Deci-  
siones Generales, i. An. 1613. Custodes  
ad Generale Capitulo eligi possunt, qui sunt il-  
luminis Prouincia, etiam si extra Prouinciam exi-  
stant. An. 1633. factæ sunt duæ. 1. Custodes ve-  
nientes ad Cap. Generale, sunt veri Custodes,  
idè dum absunt, non potest alius Custos eorum  
vice subire, sed Vice-Custos tantum. 2. Delegare  
non potest Custos, sed Provincialis cum Definito-  
ribus alios Vice-Custodes constituet.

## Definitores.

58. *Decisiones generales circa Definitores, qui  
non facile antecessorum conclusa re-  
scindere debent.*

LVIII.  
*Circa De-  
finitores.*

Ad n. 123: Quod alijs quoque definitum  
fuerat, confirmatum rursus est in Ca-  
pitulo Gen. 1656. Definitorem electum in Pro-  
uincialem à Generali confirmatum in extera  
Prouincia, non posse amplius exercere munus De-  
finitoris in propria Prouincia, cum non posset esse  
vnius Caput & alterius membrum.

Ad n. 128. Decisum hoc etiam fuit in Cap.  
Gen. 1643, Definitorem qui ab alijs aliud sen-  
tit, teneri subscribere sententiae ab alijs prolatæ  
dummodo sententia illa non continent intolerab-  
ilem errorem.

Ad

*Ad n. 129. Animaduertant etiam Patres omnes Definitionis, ne facile suorum antecessorum conclusa rescindant, quod admodum reprehendit D. Gregorius relatus c. si ea destruerem. 25. q. 2. si ea destruerem, inquit, quia antecessores nostri statuerunt, non constructor sed euer sor esse iusta comprobaver, restante Veritatis voce, qua ait: omne regnum in se ipso diuisum non stabit, & omnis scientia & lex aduersum se diuisa destruetur &c. Veruntamen sicut Decessorum Statuta legitima & iusta Successorem custodiare conuenit, ita debet etiam male facta corriger, ut ait ibid. c. Decessorum. Gelasius P. sed ad utrumlibet magna prudentia requiritur.*

*Ad n. 130. In Capitulo Gen. 1643. determinatū fuit, secreta que reuelari prohibentur esse illas, quae possunt inferre scandalum. Reuelatoribus infligendam esse panam in modo procedendi statutam.*

## Discretus.

*59. Decisiones generales circa Discretum, & eius electionem.*

**D**Eccepitum in loco Capitulari, qui non potest ambulare extra conuentum eligi posse in Discretum: Item, stante familia cum Guar. diano si contingat monasterium adificari & per occupationes officium non possit cantari, in eo tamen

LIX.

Circa Dic.  
Secrū &  
eius elec-  
tione.

I

men

men fieri posse Discretum, decisum est in Capit. Gen. 1656.

Circa Discreti electionem extant Decisiones sequentes factæ in Capit. Gen. 1650.

1. In Discreti electione, qui suum suffragium studiosè dat, ut non eligatur Discretus, peccat mortaliter.
2. Si quis, cum adest tempus eligendi Discretum, circumgyret dictaque hac vel similia verba: nescirem, cui meum suffragium darem nisi N. speciem habet subornationis.
3. In electione Discreti non potest Provincialis concurrere voce actiuia.
4. Definitor Vice-Provincialis propter mortem Provincialis, potest, si est Guardianus, concurrere ad Discretatum voce actiuia, modò in illo conuentu non fuerit alius Guardianus institutus. Vide plura V. *Electio. in Summ. & additam.*

### *Dispensatio.*

A D n. 141. Circa casum 6. vide Lezan. in Mare Mag. *Pradicat.* §. 3.

### *Electio.*

60. *Decisiones generales circa electionem Cus-  
todiis ad Capitulum Generale.*

61. *Vicarius Provincialis quando possit in lo-  
cum Guardiani demortui unum insi-  
tuere.*

62. *Guar-*

Additamenta.

132

62. *Guardianō, vel Discreto accendentibus ad Capitulum Prouinciale, quando equitatio permisā.*
63. *Non licet ut scientia peccati per confessionem habiti in electionibus.*
64. *Infamia à Regularibus quibus casibus contrahatur.*
65. *Decisiones Generalis Capituli circa exceptionem contra personam eligendorum admittendam. Circa renunciantes vocem actiuam, & passiuam. Circa prouisionem Guardiani. Circa absolutum triennium Prouincialis, & Guardiani. Circa electionem Designatorum votis paribus.*
66. *Decisiones alias circa priuationem vocis actiae & passiae, Concursum Discreti &c.*
67. *Tempus à jure statutū in electionibus seuandum nos non afficit.*
68. *Decisiones Gen. Cap. circa non acceptationem Officiū Prouincialatus; circa Guardiani cassationem.*

**A**D d. 155. Prouincialis electus extra Capitulum si in loco Capituli est, & eo annno elegantur Custodes ad Capitulum Generale, haber vocem actiuam in Custodum electione, cum fiat non solum de Corpore sed & Caput Capituli. Decis. Gen. Cap. 1650.

LX.

Decisiones generales circa electionem Custodis ad Capitulum Gens

I 2

88

## LXI.

*Vicarius Prouincialis in locum Guardianum moriturus nouus instituere.* Si contingat aliquem Guardianum mori absente Prouinciali siue ad Capitulum Generale, si alia quā ve aliarum causarum ergo extra Prouinciam do posset agendarum, Vicarius Prouincialis, licet Definitor, non potest cum alijs nouum Guardianum instituere. Licebit autem, si Prouincialis absit ideo quod ex Prouincia extera electus, nondum ad suum munus obēendum venit. Decisum in Capitulo Gen. 1637. Vicarium Prouinciale absente posse concurrere ad prouisionem Guardiani, si Prouincialis ei concesserit omnem autoritatem, præcipue si ipse Vicarius sit simul Definitor, declaratum postea fuit in alio Capit. Gen. 1656.

*Qui aliquantum despiciunt & patiuntur in cerebro, & non integrè sapiunt, possunt concurrere in electionibus, dummodo Electionis tempore nō appareat inhabilitas. Decis. Capit. Gen. 1643.*

## LXII.

*Guardiano, vel Discretu[m] accedentes ad Capitulum Prouinciale & in itinere infirmati non possunt equitare, vt ad Capitulum accedant, nisi sint propè locum Capituli. Ita Decisio Cap. Gen. 1650. Alias in Capitulo Gen. 1656. definitum fuit vniuersim: Quā habituali infirmitate ordinariè & perperò laborat, ita ut necesse sit equitare eundo ad Capitulum, nec in Discretum, nec in Guardianum, nec in Definitorum posse eligi.*

*Ad n. 164. Ex hoc definitum habetur in Capitulo Gen. 1637. si quis in electione duos praecepsit sciret habeat*

## LXIII.

*Non licet*

habent aequalis meriti, uno tamen eorum cognito <sup>ria pecca-</sup>  
per Confessionem in peccato mortali existere, v  
trum liber posse eligere, at nullo modo scientia  
illa Confessionis viri posse.

Ad n. 166. A Regularibus infamia tam Iuris quām facti, non solum hisce casib  
bus contrahitur, sed præterea ex detrusio  
ne in carcerem, ex priuatione officij ac dig  
nitatis, ex deiectione à gradu professionis,  
& apud nos ex delatione Caparionis. Deni  
que toties incurritur, quoties publica pœ  
nitentia, per Iudicis sententiam, alicui iudi  
cialiter imponitur. Bouer. in Direct. fori Iu  
dic. p. 1. c. 20. In nostro modo procedendi  
n. 107. infames declarantur, Periuri vel qui  
de Heresi suspecti abiurauerunt, de furto conui  
cti, aut de crimine pessimo, Apostata à Religione,  
qui in judicio alias falsum testimonium dixerunt,  
Malesci, falsarij litterarum, manus, aut sigilli  
Superioris, & qui condemnati fuerunt tan  
quam Infamatores.

AD n. 168. Noster P. Bouerius in Direct. LXXV.  
fori Iudic. p. 1. c. 10. Eum qui contra eli  
gendum excipit, neque delictum saltem te  
mpore probata ( ne calumniatoribus hu  
iusti modi fores aperiantur ) tradit plesten  
dum esse aliquā pœna, iniurorū tamen, quām  
si contra electum exciperet. At verò si con  
tra electum & confirmatum excipiat, neque

• 13

delictum

Decisiones  
Generalis  
Capituli  
circa ex  
ceptionē  
contra  
personam  
eligen  
dend  
rum ad  
mittendā.

delictum probet, pñmà grauiori & extraordi-  
nariâ plecti debere, eò quod ius acquisi-  
tum electo subripere voluerit. Capite por-  
rò 15. refert, lege in nostris Generalibus Co-  
mitijs latâ, sancitum esse; quod qui semel  
quempiam, tum apud Prouincialem Mini-  
strum, tum apud Prouinciale Capitulum de  
aliquo certo crimine denunciauerit, ampli-  
us in ea Prouincia non audiatur, & post Ge-  
nerale Capitulum perpetuum illi silentium  
imponatur. Præterea ad viam malignantibus  
intercludendam, statutum fuisse; nein  
Prouincialibus aut Generalibus Capitulis,  
contra personam eligendorum, de delicto  
vel aliquo impedimento canonico non no-  
torio, propter denunciationem exceptio vla-  
lia admittatur, nisi in casu, in quo de consil-  
lio & consensu omnium PP. Definitorum,  
Prouincialis aut Generalis Minister talem  
exceptionem admittendam fore iudicau-  
erit.

*Circa re-  
nuncian-  
tes vocem  
actuâ &  
passinam.*

*Ad n. 175. Renunciantes sponte vocem ac-  
tuam & passinam, siue Generali, siue Prouincia-  
li, non posse ad libitum concurrere in electioni-  
bus, si renunciariorum fuerit acceptata, resolutu-  
bit in Cap. Gen. 1643. In alio An. 1656. facta  
est duplex decisio. 1. Si quis renunciauerit co-  
ram P. Generali, absque licentia eiusdem non po-  
test concurrere. 2. Ex-Prouincialis, qui solenni-  
ter*

ter renuncianuit vocis passus ad electionem secundi Custodis & renunciatio fuit à Capitulo acceptata, potest adhuc concurrere & eligi in Custodem secundum consentiente Capitulo, quando res adhuc est integra.

Socius Prouincialis defuncti vbi debeat concurrere pro Discreto, vide addit. ad V. Prouinciaie.

Ad n. 176. Si contingat, cum Conuentus congregatur pro Discreto eligendo, fratres omnes Canonico impedimento reperiri irrectitos, unico eorum excepto, hic potest pergere ad Capitulum abque alia electione. Decis. in Cap. Gen. 1643. plura V. Discretus

Circa pro-  
visionem  
alicuius  
Guardia-  
ni.

Ad §. 4. Cum ad prouisionem alicuius Guar-  
diani conuenire debeant Definidores, qui qua-  
cunque necessitate detinetur ad non conuenien-  
dum, non potest sive per litteras sive per Procura-  
torem dare suum suffragium, sed debet cedere suo  
iuri, ut ceteri possint eligere. Decis. in Cap.  
Gen. 1637. Prouinciale ac Definidores, non  
posse per litteras nouum eligere Guardia-  
num, sed id fieri debere vnitim, innoua-  
tum est in Ordinat. Gen. An. 1643.  
cum addito, dato quod si quis in proxime  
antecedente Capitulo electus fuisset in Guardia-  
num supra numerum necessarium, talis in illo ca-  
sus substitui non poterit, nisi per nouam electionem  
denud majora obtineat. De hoc iterum in fine  
huius tituli.

*Circumtri-  
enniū ab-  
solutorum  
Prouinci-  
alis. &  
Guardia-  
mē.*

In Odinationibus Generalibus An-  
1650. 1656. & 1662, declaratum habetur;  
si posteaquam Prouincialis vltra duos annos cum  
alii. & dimidio Prouinciam gubernauit, contingat si ri-  
Capitulū, perinde habendū esse; at si totū trien-  
nium abſoluerit. Idemque intelligendum esse  
de Guardianis, niſi tamen circa virosque aliter  
P. Generalis ordinauerit. Ex eo quod circa  
Prouincialis annos ibi additur, illum trans-  
acto tempore dicto duorum annorum cum dimi-  
dio, debere vacare annum vnum, non obſtante,  
quod duo duntaxat Capitula interea fuerint cele-  
brata, colligere licet resolutionem quaſtio-  
nis nupet motæ, num ſcilicet, Ex-Prouincia-  
lis post annum ſolarem à finito Prouinciala-  
tu poffit in Congregatione intermedia eligi  
Guardianus? an verò debeat expectari tem-  
pus Capituli post plures abinde mentes cele-  
brandi? Si quidem iuxta prædicta, in pro-  
posito ſpectandi ſint potius anni Capitula-  
res, quibus Capitula quandoque citius, quā-  
doque tardius habentur, quam ſolares. Cū,  
inquam, dicatur debere vacare annum v-  
num, etiā duo tantum Capitula interceſſe-  
rint, colligitur, in caſu electionum eiusmo-  
di rationem habendam eſſe potiſſimum an-  
ni ſolaris, ita tamen, ut ſi ob causam aliquā  
contingat accelerari vel retardari Capitu-  
lum, Regimen tamen non vacet aut inter-  
rum-

rumpatur, in detrimentum Regularis obser-  
uantiae; Sicut ergo in Prouincij extra Itali-  
am, quibus indulgetur celebrare Capitula  
de sesquianno in sesquiannum, præterlaps  
triennio Prouincialatus expirat, quantumvis  
duo tantum anni Capitulares intercesserint,  
ita transacto vacationis anno solari, Ex Pro-  
vincialis eligi potest in Superiorē localē, licet  
annus Capitularis necdum transierit. Porro  
dicta Ordinatione Generali statū insuper,  
habetur; vt, si contingat Prouincialem seu pri-  
mo anno seu altero à Prouincialatu absolui, per  
annum vacare debeat ab omni officio Pralatura  
illius Prouincie, quam administraverat. Item  
quando mortuo Provinciali succedit Vicarius De-  
finitor existens Guardianus, & usque ad Capi-  
tulum sex adhuc menses supersint, eligatur pro  
Vice-Prouinciali nouus Guardianus.

Si contingat ante Provincialis electionem eli-  
gi quinque Definitores, à numero Definitorum  
exclusus habeatur, qui quinto loco electus est, ac  
post peractam Provincialis electionem, si necessi-  
sit nouum eligere Definitorum, noua fiat electio,  
ad quam concurrere potest, qui prius exclusus  
fuit. Quod si dicto casu quartus & quintus ha-  
beant vota paria, neuter electus habeatur, sed  
nova electio instituatur, ad quam tamen vocem  
passivam non habeant nisi duo predicti. Idem  
fiat, si, cum unus tantummodo debet eligi, eligan-  
tur

Circa elec-  
tionem  
Definito-  
rum votis  
paribus.

tur duo vel plures paribus suffragijs, Ordin. Gen.  
Anno 1633.

LXVI.  
Decisiones  
alia Generalis  
Capituli.

Circa præsentem §. factæ sunt insulæ Adi 1  
per determinationes in Capitulo Generali, quod  
1650. 1. Instance Capitulū non posse Generalem nostram  
vocet, & sine scriptura quæcumque M.  
privare voce actiua & passiva. 2. Lices in Ci- dimodò  
zatorio pro capitulo Prouinciali caueatur, ne v. m. Le-  
lus se subterebat à concurso ad discretatum,  
Guardianus tamen non debeat quem cogere, nisi  
id bonum publicum exposcat. Quoib[us] ob id pre-  
cipiat alicui & nō obedit, et si nō impediatur elec- deci-  
tio, Definitio Generalis censuit eiusmodi ob in- dualler  
obedientiam esse puniendum. 3. Vocalis, qui  
scienter & dolosè sua suffragia dat in Capitulo  
Prouinciali omnibus quatuor Definitoribus elap- mica  
si anni, peccat mortaliter: similiter & in electi- undebi  
one Discreti, qui sum sufragium studiosè dat,  
ut non eligatur Discretus. 4. Suffragium dare  
per procuratorem in Capitulo, et si de lute com- muni liceat, apud nos tamen non licet, obstante  
bus Constitutionibus. 5. In Capitulo Prouinciali  
nō possunt Vocales sine consensu Prouincialis  
& Definitorū aliquid proponere decidendū, præ- per m  
serit antequā fiant electiones. 6. Laiū qui nesci- uita dic  
tis scribere, nō debere in Electionibus suū suffra- ssumal  
gium committere alicui, qui scribat illud insche- belatis  
duia, sed viuā voce illud dare, quod secretum nō  
effet.

asset, quando alij quam disquitoribus reuelaret,  
neque securum, cum posset a scriba decipi.

Ad n. 183. Cum Clemens 4. in concessione, quod tempus a iure statutum in Electionibus nostris non curar; Itemque Sextus 4. In Mari Magno Minor. mentionem faciant solummodo electionis Generalis & Prouincialium, Lezana V. Electio n. 9. negat facere pro electione Prælatorum immediatorum seu localium: cuius oppositum isto numero tradidi, extendens illam concessionem usque ad electionem Guardianorum inclusuè. Huius asserti rationem ut nunc paucis affram, adverto Canonem illum: Ne pro desiderio; quo electioni prescribuntur tres menses, ultra quos Cathedralis Ecclesia vel Regularis vacare non beat, sub pena devolutionis &c. concernere electionem illius Prælati Regularis tantum, qui ad instar Episcopi est Pastor Ecclesie principalis & perpetuus, ut dicit Abbas in illum Canon. & fusè deducit Fagnanus in Decretal. p. 2. in c. Quia propter de Elect. n. 9. quod inter hostantummodo cum Ecclesia, quæ per mortem huiusmodi Prælatorum viduata dicitur, matrimonium contrahatur spirituale propriè dictū & stabile, quod in Prælatis Regularibus non perpetuis minimè procedit, qui propterea neque sponsi sunt Ecclesiæ, nec per eorum mortem Eccle-

LXVII.  
Tempus a  
jure sta-  
tutum in  
electioni-  
bus ser-  
uandum  
nos non  
afficit.

sia viduata dicitur. Vnde & auctor iste por-  
rò deducit etiam in horum electione necel-  
sariam non esse formam præfinitam Capi-  
tulo. Quia propter. sed sufficere singularem  
consensum Capitularium, dum modò pra-  
stentur in communi & omnibus collegiali-  
ter congregatis, & electio fiat à maiori &  
saniori parte Capituli per vota secreta ad  
præscriptum Conc. Trident. seß. 25. de Re-  
gul. c. 6. & Constitutionum cuiusque ordi-  
nis, ut communiter seruatur & declarauit  
olim S. Cong. Card. eiusdem Conc. Inter-  
pretum Tales igitur prælati ordinis prin-  
cipales & perpetui ad instar Episcopi, com-  
ante Leon. 10. qui in Bulla: *Ite & vos. Anno*  
*1517. edita*, Generalatum restrinxit ad sex-  
ennium & Provincialatum ad annos tres,  
essent solummodò Generales & Provinciales,  
horum tantummodò meminere præfa-  
ti Pontifices, neutquam verd Guardiano-  
rum, qui cum infra se alios Superiores non  
habeant, æquiparantur potius Parochis  
quam Episcopis. Vnde & nostræ Constitu-  
tiones, dum statuunt Guardianum alium in  
locum defuncti eligendum non esse, nisi ad  
Capitulum supersint adhuc minimum 6.  
menses, non tam respectum habent ad e.  
Ne pro defectu, quam ad e. Nulla de concess.  
Præbend. quo vniuersum decernitur, ne si  
Præbendas

prebendas Ecclesiasticas seu qualibet officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, maneant in suspensiō ultra sex menses, sub pāna devolutionis ad Episcopum &c. Cui decreto (quod ut ex textu liquet, ceteroqui sola sacerdotalia, non regularia, concernit) licet in hoc statuta nostra conformentur, ne ultra sex menses Guardianatus vacent, ab eo tamen differt plurimum, quia nullum Electioni tempus præfigunt, neque deuolutionis pœnam infligunt; esset enim vitrumque inutile. Siquidem enim ad præscriptum Constitutionum annua celebrantur Capitula, elapsō ad eligendum semestri, quod c. nulla. conceditur, vix casus accidet, quo sex insuper menses ad Capitulum supersint, ac multò minus si deuolutio fiat ad Generalem, qui nullibi stabilistam citò certior reddi & prouidere non poterit, quām ipsum Capitulum celebrandum instet aut præterierit.

Quibus ritè per pensis recte licet inferre,

1. Præterquām quod dispositio prætaeta
2. Ne pro defectu. Guardianorum prouisionem non afficiat (imò neque Generales nostros, siue perpetui sint siue temporales, iuxta doctrinam Fagnani cit. n. 18.) ad horum tamen electiouem meritò extensam esse concessionem Clementis 4. & Sixti
3. argumento sumpto à maiori ad minus.
4. quod

quod Iura & Iurisconsulti communiter ~~et~~  
validum admittunt penes Barbos. *De lotis  
comm. arg. tit. 67.*

2. Quod n. 180. ex P. Sigismundo re-  
tuli, statuta nostra contra jus commune cit.  
*c. Ne pro defectu. directe militare, melius  
dictum fuisset, eo Canone non comprehendi.*

3. Merito Miranda, *in Man. Prälat. to. 2.  
q. 23. agens de Electione omniū Prälatorū  
in comuni. a. 10. simpliciter dicit, quod ob  
præallegatā Clementinā Concessionem, in  
Electionibus, tempus super hoc à Iure statu-  
tum nobis non currat, nec in hac parte Iuris  
huiusmodi Regulis coartetur. Cui simili-  
ter loquitur Barbos *in c. Ne pro defectu. refe-  
rens insuper Rodriq. & Peyrinis de Rel. Subd.  
q. 1. c. 31. §. Noto nono. Licet Religiones qua-  
dam secūs statuerint, vt vel citra tres aut v-  
num mensēm electio Superioris localis fiat,  
in quibus nimirum electiones stant penes  
Capitulares, vt ibidem de sua Religione re-  
fert Peytin. & habetur in Constit. Ordinis  
Prædicat, tit. de Electione Prioris Conuentualis.  
Hi cum præsens habeant remedium à suo  
Prouinciali, qui quando Conuentuales Elec-  
tores negligunt electionem noui Pastoris,  
terum & personarum suæ Prouinciae probè  
sit gnatus, mox idoneum substituere valets  
non sic autem est penes nos, vbi deuolutio  
fietes**

sieret ad Generalem, qui cum (ut supra me-  
mini) nullā sede stabili fixus, per orbem gy-  
rare necessum habeat, personatum verò Pro-  
uinciae cognitionem quasi nullam, non ita  
prouidere valet Conuentibus; unde neque  
satisficeret intentioni Canonis, quo deuolu-  
tio introducta est, ut celerius Ecclesijs  
detur administrator, sed potius contra-  
rium continget, ipsaque prouisio am-  
plius procrastinaretur & damnum accresce-  
ret; cessante autem Ratione, cessat etiam legis  
dispositio. Barbos. Axiom 136.

4. Assertum Lezanæ rbi supra & in Scho-  
lijs ad Mare Magnum Minor. n. 9. Priuilegium  
Sixtinum esse solum pro electione Generali-  
um & Prouincialium, idedque in electione  
Superiorum localium Nostri Ordinis Regu-  
las, quod Electio non fiat ante Sepulturam  
prædecessoris, intra tres menses prouideatur  
de Praelato, Electio præsentetur intra octo  
dies ipsi Electo, qui porrò intra mensem co-  
sentire teneatur, & intra tres menses confir-  
mationes petere, & solennitates alias acci-  
dентales ex vi præcepti Iuris Canonici ob-  
seruari debere, maximè cum in his non pro-  
cedat ratio, propter quam Pontifex concedit  
dictum Priuilegium pro Electione Genera-  
lis & Prouincialium scil. quod in ipsis, fre-  
quenter de remotis partibus oporteat con-  
uenire

venire fratres. Et quia illi institui solent alter quam per Electionem &c. Hoc, inquam, assertum quoad electionem Guardianorum nostrorum apud nos locum non habere, quodocunque prouisio istorum Definitioni commissa sit sive per electionem, sive per simplicem institutionem, satis ostensum est, saepedicto e. Ne pro defectu. cui ille innitur, Electionem talium non comprehendit, & vt comprehendatur, priuilegium illud (si tamen propriè tale est & noua concessio, ac non potius declaratio, Electiones nostras illo Canone non intelligi, iuxta dicta) merito extendi ad prouisionem Guardianorum.

Colligitur denique Provincialem satisfacere suo debito, si cognita morte alicuius Guardiani, mox Vicarium idoneum substituat usque ad consuetum ordinatio Congregationis ( nisi hac de facto celebrata, Capitulum ipsum proximè succedat) tempus, in qua si Definitio, semestri licet à cognita Vacacione præterlapso, nouum eligat Guardianum, prout Constitutiones præscribunt, is verè talis erit, & in subsequenti Capitulo ad omnes Electiones habilis &c.

*Ad §. 5.* Vide tamen circa hæc, quæ dicta sunt n. 179. de concessione Clem. 4. cui nūc etiā adde Sixtū 4. in Mari Magno Minor. vi in Electionibus Generalium & Provinciūl rem-

pus

pus à iure statutū nō currat, nec in hac parte Iuris Regulis coarctentur fratres &c. in quantum scilicet non præscribunt essentialia, sed tantum accidentalia Electioni, qualia sunt, quæ paulò ante recensui. Ut puta 1. quod Electio non fiat ante sepulturam defuncti. 2. Quod electio fiat intra tres menses computandos à die mortis, priuationis vel renunciationis. 3. Quod Electores electione secutā teneantur int̄ia octo dies eam præsentare electo. 4. Quod Electus teneatur intra mensem computandum à die præsentationis electioni vel cōsentire vel dissētire. 5. Quod post consensū præstītū, teneatur electus intra tres mēles, à die præstīti cōsensū, confirmationem petere. Lezan, in Mare Magn. Prædicat. §. Et Minor. §. 2. denique. Minimor. §. 2.

Notandæ sunt præterea sequentes Decisiones Cap. Gen. An. 1633. 1. si quis Definitorum in Prouincialem electus acceptare renuat, cogi non potest ad acceptandam dignitatem à reliquis Definitoribus, cum hoc spectet ad Generalem. 2. Electum Guardianum Prouincialis sicq; Pro cassare nequit, etiam si prius illum ante electionē exclusisset, quia nō penes eū solum, sed etiā penes Definidores haec facultas viger. Bene autē id possunt Generalis & Visitator Generalis, quia supra Definitorū potestatē habent. Hoc restringit su-

Decisiones  
Generales  
circa non  
accepta-  
tionē Of-  
ficerū

it in Cap. Gen. 1643. quod Visitatorem Generalem, quod excipere nequeat Guardianum post factam electionem à Definitorio, si facta fuerit de more ante prouisionem solita exclusus Guardianorum præteriti anni. Addita vero fuit declaratio alia, quod Guardianum in aliquo certo loco seu conuentu collocare contra vota Definitorum posse solus Visitator Generalis, & nullus eius inferior. Porro si supra numerum conuentuum electi fuerint Guardiani, Provincialis & Definidores cassare possunt, etiam qui plura vota habuerit, quam alius qui relinquitur, quia ex constitutionibus stat ad Arbitrium Patrum. Decis. in Capit. Gen. 1637. Addunt ordinaciones nostræ Generales Anno 1656. & 1662. Si quando in definitione Capitulari eligeretur Guardianus supra numerum necessarium, & contingat infra illum annum aliquem Guardianum vita defungi, non posse illum prius electum substitui in locum demortui, nisi denud collegialiter à Definitione in Guardianum eligatur. Item in Monasterijs necdum perfectè constructis, in quibus neque regularis vita ducitur, neque diuinum officium persoluitur in choro, Guardianum prefici non posse, dato verò etiam institutus fuerit, in subsequente Capitulo cassandum esse sub pena electionis invalide &c. Vide circa hoc addit. ad n. 168.

Eucharistia,

## Eucharistia.

69. Regulares Sacra menta Eucharistia, &  
Extrema Unctionis quibus moribun-  
dis administrare possint.

**A**D n. 196. Cotonius controu. celebr. lib. LXIX.  
4. controu. 8. c. 3. n. 119. Chassainū sug- Regularēs  
gillat, qui ex familiaribus sibi, sed futilibus Sacramē-  
fundamentis doceat posse Regulares mini- tae Eucha-  
strare omnibus Communionem Paschalem ristia &  
& Viaticum, inuitis Parochis. Quidquid Extrema  
huic alijs acuto, in Chassainum tamen, Unctionis  
quaquā occasione datā, minus propitio Cé- moribun-  
sori, secūs omnīnd videtur viris alijs do- dis quan-  
tissimis, quorum operā, auctoritate & ap- nōfrare  
probatione prostant priuilegia Fuliensium,  
S. Hieronymi, & Religiosorum communi-  
ter apud August. de V. Maria. V. Eucharistia. in  
fin. quibus nec incerta Chassaini opinio,  
neque futilia illius apparent fundamenta.  
Aluiset. de Priuil. Reg. sec 3. c. 7. n. 10. Omne  
dubium tolli, assert per Priuil. Nicol. 5. &  
Iul. 2. pro Religiosis Monasterij S. Mariæ  
de Guadalupe, quo illis conceditur facultas  
administrandi Eucharistiam quibuscunque per-  
sonis, sine alia Episcopi aut Parochi licentia, etiā  
pro Communione Paschali, & ad satisfaciendum  
præcepto annua Communionis, &c. Quod pri-  
uilegi-

K 2

uilegi-

uilegium cum postmodum fuerit extensum  
ad omnia alia eiusdem Ordinis à Pauloz.  
Pio 4. & aliis, ut testantur Cruz in epit. Pri-  
uilej. l. 2. c. 5. dub. 4. cone. 3. Beia in Resp. Moral.  
c. 4. p. 4. Roderiq. to. 1. q. 56. a. 3. Calar. V.  
Communieatio. Diana de Celebr. Miss Ref. 83.  
Barbos. de offic. Paroch. c. 20. (adde August.  
vbi supra) infert exinde cum AA. istis idem  
posse Regulares habentes communicatio-  
nem cum Ordine S. Hieronymi, atque ita  
contra quendam Parochum in quadam Di-  
œcesis iudicatum refert ex Dian. cit. Ad Bul-  
lam porrò Innoc. 10. (maioris vtique auto-  
ritatis & fidei, quam responsum Card. Ve-  
trospij Archiepiscopi Neapol. datum sub die  
20. Mart. 1638. vnicum fundamentum Co-  
tonij) respondet illam non esse constitu-  
tionem propriè dictam, neque munitam clau-  
fulis & derogationibus requisitis, ideoque  
nec per illam euacuari Priuilegia Regulari-  
um, vel si quid operatur non se extendere  
ultra Diœcisin Burdegal. Hæc pro defen-  
sione P. Chastain. Sententia meum edixi V.  
Eucbaristia. num. 196. quem hic suppositum  
volo.

*Ad n. 189. In Comp. Societ. Iesu V. Extre-  
ma Vnctio, refertur priuilegium, quo possant  
illi Patres ijs, qui intra septa Collegiorum seu do-  
morum infirmati fuerint Extremam Vnctionem*

*Aposto-*

*Apostolitâ auctoritate liberè & licite ministrare.*  
 Ad usum huius indulti, Cotonius l. 2. Con-  
 trou. 15. c. 2. n. 56, notat ex Soar. sufficere, vt  
 quis agrotet intra Monasteria ex quauis oc-  
 casione. Sed an hoc priuilegiū inter oracula  
 la viua vocis connumerandū sit atque adeò  
 modò inutile, dubitat cum Lezan. Aliud  
 tamen simile cōcessum est Religioni The-  
 atinæ à Pio 5. quod reuocatum non sit, re-  
 fert ex Dian. verba formalia huius Bullæ,  
 cuius initium: *Immarcessibilem sub dato An.*  
*1567. ita recenset August. à V. Maria. V. Eu-*  
*charistia. n. 5. Eucharistæ, etiam pro Viatico*  
*ac etiam constitutis in articulo mortis, ac Extre-*  
*mæ Vnctionis, ceteris Clericis & fratribus*  
*Congregationis huiusmodi, ac etiam Mercenarij*  
*familis, operarij & seruiseorundem, ac qui-*  
*bus suis hospitibus etiam Sæcularibus & extra-*  
*nens, quos in locis, vel habitationibus Congrega-*  
*tionis huiusmodi tunc reperiri contigerit, etiam*  
*in mortis articulo & quoties de illo dubitari con-*  
*tigerit, etiam Diaconorum locorum, & Sacer-*  
*dotum Curatorum quorumcunque etiam in quo-*  
*rum Ciuitatibus & Diœcesisbus, ac Ecclesiis*  
*Parochijs respectiue, Ecclesia & loca iporum*  
*Congregationis, nunc & pro tempore fuerint,*  
*aut aliorum quorumcunque licentiâ minimè pe-*  
*tita nec obtentâ, ministrare possint, &c.*

K3

Exemptio.

## Exemptio.

70. Exempti sunt Regulares à Iurisdictione  
Ordinariorum.
71. Ordo Fratrum Minorum est exemptus  
tam quoad personas, quam quoad  
loca, sed non à Iurisdictione Legati à  
latere Sedis Apostolice.
72. Priuilegium Apostolicum quod vocant in  
Heluetia den Pfaffen-Brief, non-  
quam fuit datum.
73. Consuetudines allegatas contra liberta-  
tem ecclesiasticarum personarum su-  
stulit Concil. Trident.
74. D. Melchior Lusi Promotor Helvetica  
Prouincia Capucinorum Legatus ad  
Concil. Trid.

LXX.

Exemptio  
Religiosorū  
rum.

**A**d n. 201. Exemptionem Religiosorū  
ab Ordinariorum Iurisdictione priu-  
legia sine ambiguitate demonstrant; talem  
in lute communi, allegato c. Quam sit, fun-  
dari nisi pro vno tantum Monasterio SS. Ioannis  
& Stephani Rauenna, pernegat Barbosa in i-  
stud c. & in tr. de officiis. & potest. Episc. p. 3. al-  
leg. 105. n. 11. Gratianumque in vnā ferē in-  
scriptiones errores commisissē arguit. Est  
autem Inscriptio illius Cap. talis: Gregorius  
omnibus Episcopis de libertate Monachorum.  
Hanc, ait Barbosa, originaliter apud Rege-  
stum

stum D. Gregorij l. 7. Epist. 1. & 19. reperi  
longè diuersam, scil. Gregorius Episcopo Ra-  
uennati, Priuilegium dat Monasterio SS. Ioan-  
nis & Stephani. Hinc primum errorem dedu-  
cit, quod Gratianus dicat Epistolam Grego-  
rij ad omnes Episcopos directam, cum tamen  
ex originali constet, ad solum Episcopum Ra-  
uenn.-missam. 2. Dum subdit, de libertate  
Monachorum generaliter, cum tamen Gre-  
gorius ibidem libertatem seu priuilegiam  
dederit vni tantum Monasterio, ex Verbis In-  
scriptionis & ipsius Epistolæ tenore. 3. Dum  
in plurali retulit, Monasteriorum, quod in ori-  
ginali reperitur tantum in singulari &c. Po-  
tuisse ac debuisse hic, ceteroquin Conqui-  
sitor Iurium & Iurisconsultorum exquisi-  
tissimus, suis ad hoc Capitulum prætermis-  
sibus addere; Gratianum sua desumptisse non ex  
Regesto, sed actis Concilij Lateran. 3. (ma-  
ioris vtique authoritatis, quam si Rescrip-  
tum illud particulare) de quibus authenticè  
constat ex Tom. 2. Concil. & Baronio ad A.  
C. 601. Vbi gesta B. Gregorij M. recensens:  
Cum autem, ait, adeò ut vidisti, Gregorius la-  
boraret corporis morbis, nihil tamen reperitur  
remisisse cura pastorali, prospiciencie & in om-  
nibus vigilans & laborans. Hoc namque anno  
collegit Synodus Episcoporum, in qua ante vitæ  
sua exitum, quem proximè imminere ob iugem

K 4

corporis

corporis malam valetudinem sentiebat, voluisse  
consulere Monachorum quieti & indemnitati,  
probesciens ipse iam antea Monachus id exper-  
tus, quantas interdum solerent ab Episcopis Mo-  
nachi molestias pati. Sic igitur collectis Episcopis  
viginti, Presbyteris pariter atque Diaconibus  
Cardinalibus, nonis Aprilis, pro Monachis edi-  
dit Decretum, quod appellari consueverat Con-  
stitutum. Desideratus quidem illud inter opera  
ipsius, sed inuentum à nobis in Bibliotheca Vati-  
cana, hic tibi describendū putauimus, nesas exi-  
stimantes vel apicem scriptorum & Decretorum  
ranti Pontificis finere latere obliuione sepultum.  
Est autem huiusmodi: Gregorius Episcopus  
omnibus Episcopis. Quam sit necessarium &c.  
Integrum huius Constituti tenorem, cum  
Baronius recitasset, ijs planè verbis, quæ in  
suum librum Decretorum Gratianus absque  
ulla variatione vel immutatione transcri-  
psit, subiungit Baronius ad finem: Vniuersi  
respondere: libertati Monachorum congaude-  
mus, & quæ nunc de his statuit Beatitudo vestra,  
firmamus. Addit postmodùm subscriptiones  
tam ipsius Pontificis Gregorij, tum alio-  
rum ibi concurrentium Prælatorum Eccle-  
siæ nominatim à singulis factas. Pro Gra-  
tianostat insuper (quod mirū est fugisse aut  
non aduertisse Barbosā) additio ad d. c. Quam  
sit. Iuxta correctionem Greg. 13. quæ dicit,

Caput

Caput hoc haberi in Decreto Conc. Lateran. edito à B. Gregorio, pro quiete ac libertate Monachorum, quod extat, 2. tom. conc. inter Decreta Gregorij I. qui magnam huius partem ipse met referat l. 7. Regeſt. epift. 18. Hæc obiter dicta sunt tum pro defensione Gratiani, cum nostris asserti, quod ab antiquo fundamentum non solum in particulari, verum etiam communī Iure, Religiosorum Exemptio habuerit, & quam ob causam introducta sit &c. quæ utinam nostris quoque temporibus non extaret, & emulatio tandem inter statum Clericalem ac Regularem, potissimas Ecclesiæ partes, cesset, quam ante annos sexcentos B. Petrus Datmiani S. R. E. Cardinalis in suo Apologetico pro Monachis non leuiter perstrinxit.

De Exemptione Regularium speciatim opus integrum conscripsit Chockier, vbi de lege Diœcesana & Iurisdictionis singulariter agit p. 1. q. 15. Ad legē Diœcesanā revocans hospitalitatē, itionē ad exequias, prædicationem, missarum celebrationem, legationem, Procesiones, angarias. Agunt de eadem tam sacerdotes quam Religiōsi scriptores quamplures, quos enumerat Barbosa in Collect. in c. Dilectus. de off. Iud. Ord. Et de off. & potest. Episc. p. 1. c. 1. n. 15. Exemptiones singularum Religionum

ligionum quando & à quibus factæ sint, ec-  
censet Novar. in Lucerna Regul. V. Exemptio.  
fusius Barbosal. 2. Iur. Eccles. c. 12. alios in-  
super adducens hac de re tractantes. Sum-  
marie Chass. de Priuil. tr. 2. c. 2. prop. i. Pon-  
tifices qui Minorum Ordinem exemerint,  
recenset Roderiq. tom. 2. qq. Reg. q. 64. a. 3.  
Præ cæteris memoratu digna sunt, quæ ha-  
bentur in Mari Magno Min. Sixti 4. apud  
Lezan. to. 5. vbi Constitutionem Innocentij  
4. qui in aliquibus priuilegium Exemptio-  
nis limitauerat, sublatâ restrictione, ad pri-  
orem modum reducens, & priuilegium Ex-  
emptionis à Clemente 4. collatum iterum  
confirmans, sequentia dicit: Et ne prætextu  
Constitutionis Innocentij P. 4. prædecessoris no-  
stri, quæ incipit: Volentes Locorum Diœcesani,  
& alijs ordinarij, & alijs quicunq; in personas aut  
loca fratrum prædictorum ( Minorum scil. )  
contra eiusdem Clementis prædecessoris in fine  
litterarū prædictarū ordinationē; siue quamcunq;  
Iurisdictionē, aut superioritatem vendicare pre-  
sumat, districtius inhibemus, ne quispiam ab quo  
dicta Sedis speciali commissione, aut auctoritate,  
in personas, domos & loca dicti ordinis fratrum  
Min. ut potè prorsus exempta, aliquas excomu-  
nicationis, suspensionis & interdicti sententiæ ge-  
neraliter & specialiter quomodolibet promulga-  
ret, aut in Personas, domos aut loca huiusmodi ali-  
quam

quā praeminentia, superioritatē, & jurisdictione  
nem quomodolibet exercere presumant, etiam  
ratione contractus vel delicti, seu rei de qua age-  
re tradidit secur, vbiunque ineatur contractus, commit-  
tatur delictum, & res ipsa consistat. Decerni-  
mus quoque ex nunc quaslibet excommunicati-  
onis, suspensionis, & interdicti sententias, &  
quoscunque processus, quasuis pœnas & senten-  
tias, generales vel speciales, continentes quos &  
quas promulgari vel haberi omnia, que contra  
fratres, domos & loca dicti ordinis, quomodoli-  
bet fieri contigerit, etiam eorum exemptione,  
ut pote notoriā, non aliter alligatā, nullius robo-  
ris vel momenti esse, & pro infectis prorsus ha-  
beri debere &c.

Ex hoc priuilegio deducitur 1. triplex  
illa distincō, cuius in Summula memini,  
scilicet Personalis, localis & vniuersalis, quā  
non solum personæ & loca, verū etiam  
tes aliae eximuntur ab Ordinariorum Iu-  
risdictione atque Papæ immediatè subijci-  
unt. 2. Ordinem fratrum Minor. secun-  
dum hæc omnia penitus exemptum esse, di-  
citur enim: In personas, domos & loca dicti  
Ordinis fratrum Min. ut pote prorsus exem-  
pta &c. etiam ratione contractus, vel delitti,  
seu rei &c. expressius hæc idem Pontifex  
eximit in Mari Magno Minimorum (cui &  
totus ordo Minor. peraq̄ue participat)  
apud

LXXI.  
Ordo FF.  
Minorum  
exemptus  
quoad  
personas,  
& loca,  
sed non  
à Iurisdi-  
ctione  
Legati à  
Latero S.  
Aposto-  
liscæ.

apud Lezan. 10. 5. qq. Regul. 3. Ecclesiæ & Monasteria Regularium non esse solum exempta ratione personarum, ut voluit So-  
ar. 10. 5. de Censur. disp. 4. sec. 4 n. 6. Verum  
etiam ratione sui. Sic enim expressis verbis  
indicatur: aut loca fratrui. Et rursus: do-  
mos aut loca huiusmodi &c. Ex quo insuper  
colliges 4. quod in Summula dixi n. 112.  
contra eundem Soar. Seculares intra Mono-  
stera Regularium exemptorum existentes non  
zeneri ad leges suæ Diœcesis: quia licet tales  
materialiter non sint extra Diœcesin, sunt  
tamen extra eam formaliter. Quod porrò  
Henriq. & Auila ibidem relati tradunt,  
neque etiam ligari ex communicatione sui Epi-  
scopi, pro tota Diœcensi, latè, si commorenur in  
loco exempto intra Diœcesin: Scindū est, cen-  
suras & penas alias dupliciter ferri, per  
modū statuti & per modum sententia. Priori  
modo latæ obligant solum existentes & de-  
linquentes in territorio legislatoris, quia  
statutum respicit directè territorium: Po-  
sterior verò modus respicit & afficit perso-  
nas secundum se, ac per consequens ubi-  
cunque existentes. Tandem infertur, quod  
eodem numero 202. Summul. dixi; per  
Exemptionem Personalem, exemptions esse  
fratres Minores, etiam à Legato Sedis Apo-  
stolicæ (nisi alias sint Legati à latere vel  
habent

habeant facultatem Legatorum à latere ) ut  
probat Lezan, in Mare Magn. Pradicat. n. 44.  
circa verba ; vel ordinarius Iudex. Quan-  
quam secundum praxin velint ipsi à Religi-  
osis obedientiā, tū in alijs, cum in illis eti-  
am quæ in priuilegio specialiter expressa  
sunt, Quod, inquit, ex eo procedere potest, quod  
littera ipsorum commissionis ad id extendantur  
( licer de hoc ipse viderit dubitare Roma quoque  
Papa Ministros, ad quos spectat tales litteras  
confidere ) illud credendum, ipsis, utpote viros  
grauiissimos, non extendere suam autoritatem  
vlera id quod possunt, maximè erga Regulares,  
contra quos procedere sine legitima autoritate  
est incidere in pœnas & censuras, quas Summi  
Pontifices in ipsorum priuilegijs imponunt con-  
tra illa impudentes, aut non exequentes. Hæc  
ille, quæ apud nos tanto minus in dubium  
vocari queunt, quod DD. Nuncij Apostoli-  
ci ad partes nostras destinati, ordinariè mit-  
tantur cum facultate Legati à Latere.

Speciales casus Exemptionis à potestate  
Iurisdictionis ordinariorum, tam directiva  
quam coactiva, latè pertractat Chassainus  
tr. de Priuil. Regul. c. 3. & 4. Moderationes  
eiusdem Exemptionis ac derogationes à  
Concilio Trident, factas c. 5. Quæ si tam in  
praxi subsisterent, quam operose ac doctè  
Author ille pro Regularibus resolut, isti

mag-

magnam ad illum haberent obligationem.  
Veruntamen quod summis quoque terra Capitibus contingit, ut plerique prægrandibus Regnorum ac Principatum titulis honorentur, quorum alij possessiones cum imperio & usufructu tenent, sic & Religiosi, quomodounque pro suis priuilegijs legitimè, diversis temporibus, obtentis, acriter decertent, in facto tamen nec ab Ecclesiasticis, nec à sacerdotalibus tranquillè ijs vii permittuntur, idèò vel maximè, quod Conservatores pro defensione suorum priuilegiorum à Papa concessorum constituere negligat. Vult nimis Gubernatrix Universi, Dei sapientia pusillum Religiosorum gregem, quantlibet numerositate dilatatum, ac pro fidei dilatatione strenuissimè dimicantem, usque ad finem mundi humilitate crescere, & ad promissum regnum humiliatae peruenire.

LXXII.  
Priuilegium Apostolicum quondam vocant in Helvetia den Pfaffenbrieff nunc quā fuit datum.

Circa Exemptionem seu immunitatem Ecclesiasticorum à Iurisdictione Sacerdotium, gloriatio frequens est quorundam Helvetiorum de, necto quo Priuilegio Apostolico, quod vulgo vocant den Pfaffen-Brief, cuius indulto, propter fidei defensionem, & compressam Cleri vacillantis vel deficientis exorbitantiam valeat Magistratus sacerdotalis Personas Ecclesiasticas in Iudicium trahere, corrigere ac punire, ne vitia eorum impunita

nita maneant. Erat hæc persuasio Magnatum Heluetiæ iam ante sæculum, ad excusandum factum aliquod, intimata communio Cantorum Catholicorum nomine SS. D. Gregorio P. 13. qui Ann. 1573. die 9. April. inter alia rescriptis eisdem hæc formalia: *Exclusum factum N. antiqua isthic in Clericos animatiuerterendi consuetudine (nota quod Cantones tum temporis allegarint, non Diploma Pontificium, cuius nihil penitus extat, aut aliquando extitisse scitur, sed meram consuetudinem dico Pontificium, inter litteras enim Confœderationum Heluetiarum habetur quidem Sanctio quædam, sub titulo: der Pfaffen-Verteff. qua tam Ecclesiastici quam Sæculares cuiuscunque gradus, qui aliquo Iuramento subdebantur prius Domini Austriacæ, eo rescello iurare inbentur nullum inferre damnum seu publico seu príuato. cuiquis; neque ullum conciuum ad alienum trahere forum, sub pœnis ibidem expressis &c. sed ea Sanctio purè laicalis est facta per Cantones Tygurum, Lucernam, Tugium, Vraniam, Suitum & Subsyluanum Anno 1370. nihil valens contra SS. Canonones; præterquam quod expressis verbis excipiat causas, qua honorem & res Ecclesiasticas concernunt, ibi: es wære dann vmb eim Chr oder vmb Geistliche Sach ohne alle ge  
verdet/*

Verde) Scitote nullā omnīnd consuetudine, quā  
uis vetustissimā & ipsorum etiam Clericorum  
voluntate roboratā posse fieri, vt Laici de Clericis  
iudicent: idque à veteribus sapientiis decretum suis  
se, perpetuōque retentum. Quid ergo? peccabunt  
Clerici impunē? minimē? Sed à Iudicibus Eccle-  
siasticis punientur. Vos, si negligenter illos  
esse animaduerteritis, nos certiores facite, nullā  
enim nos eos in re conniuere patiemur, vobisq[ue]  
nullam eos accusandi causam relinquemus. Quod  
etiam fecissemus, si eam de qua conquerimini,  
hactenus eorum negligentiam cognouissemus.  
Hucusque Gregorius 13. Cum septēmio pri-  
ūs, casus alias contra Imunitatē eandem, in  
quodam Heluetiæ loco continget, Pius 5.  
grauiiter ea propter reprehendit Emin. D.  
Cardinalem ab Embis Episcopum Constanti-  
ad quem illius Papæ extat Epistola huius te-  
notis: Certiores facti sumus, non esse veritos  
quosdam de Heluetiæ Catholicis, Ecclesiasticam  
libertatem violare, coniectis in carcerem Sacer-  
dotibus quibusdem Diaecesis tue, propter eorum  
vitæ turpitudinem. Talia non acciderent, si q[ui]  
Ecclesijs præsuns, & qui Cleri mores corruptos  
corrigere deberent, sui officij meminissent, & ta-  
lia Clericorum vitia severitate debitā coerci-  
sent. Quia igitur in Oppido Diaecesis tue, quod N.  
vocatur, hoc admissum audiuiimus fortasse ante-  
quam Diaecesin tuam visitare porueris, admonen-  
dum.

dum te duximus: ut eam, cum primum poteris,  
visitas: & cum alijs in locis cum ipso in Oppido N.  
qua emēdanda cōpereris, emendes: Clericos con-  
cubinarios, vel alijs vitiis inquinatos, pro modo  
& qualitate criminum, iuxta Sanctiones Cano-  
nicas puniendo. Ita ergo Dilecte fili, stude Cle-  
rum in officio continere, & omnia scandalum re-  
mouere, ut zelum & diligentiam tuam laudare  
in Domino debeamus. Datum Roma apud S. Pe-  
trum sub annulo Piscatoris die 6. Iunij  
M.D.LXVI. Pontificatus nostri anno primo.

*Antonius Florebello Lauellinus.*

Hac illi Pontifices, & merito, qualemuni-  
que enim seu priuilegium, seu consuetudo  
apud Heluetos viguerit valueritque, id om-  
ne susluit Tridentinum Sess. 25. de Ref. c. 20. suffulit  
quo decernit ac præcipit SS. Canones & Concilia  
generalia omnia, nec non alias Apostolicas Sanc-  
tiones, in fauorem Ecclesiasticarum Personarum  
libertatis Ecclesiastica & contrariis Violatores  
editas, qua omnia præsentie etiam Decreto inno-  
uat, exacte in omnibus obseruari debere Cœ.  
Quod in Helvetia quoque locum habere  
validæ obligationis tanto minus dubitari  
potest, quanto maiori cum devotione ac re-  
uerentia Cantones Catholici sacri illius Cō-  
cilij Sanctiones, absqueulla exceptione sus-  
cepere per suum Oratorem virum præstan-  
tissimum D. Melchiorem Lussi (gratitudo  
**L** reti-

reticere non patitur ) quem Annales nostri ad A. C. 1582. n. 8. inter primos Helueticos nostræ Provinciæ Promotores merito numerant, prout sequens apographum docet,

## Exemplar

LXXIV. MANDATI SEPTEM CANTONVM  
*Dn. Mel-  
 cheor Luf-  
 si Legatus  
 ad Con-  
 cilij Trid.*

Heluetorum Catholicorum in Personam  
 sui Oratoris, exhibiti in Sessione 4. S. Con-  
 cilij Trident, sub Pio IV. die 4. Iunij  
 Anno 1562.

NOs Schulteti, Ammanni, atq; vniuersalis Sena-  
 tūs septem celebris Heluetia laudabilis Su-  
 perioris Alamania antiqua & magna Liga, vere  
 ac veteris Catholica Religionis Cantonum Lu-  
 certæ, Vrania, Sutia, Sylvania super & infra  
 Syluam, Tugium vna cum Territorio nostro ex-  
 traflito, Friburgum & Solodorum &c. Recognos-  
 cimus cui liber inspettuero per præsentes. &c.  
 Cum R. mus in Christo Pater, & Dominus nos-  
 ter, Dominus Antonius Vulpius Episcopus Co-  
 mensis, sanctissimi in Christo Patris & Domini  
 nostri, Domini Pj Papæ eius nominis IV. & sanc-  
 ta Sedis Apostolica Nuncius cum Potestate Lega-  
 ti de Latere, Nobis in certis per nos paſſum habi-  
 zis Dietis significari; Quod S. mus Dominus no-  
 ster Papa Diuino pariter & Paterno zelo adduc-  
 tus

*Additamenta.*

163

quem ~~amis~~, ex officio, quo dignissime fungitur, rotum  
ter primi Christianismum Paci, Tranquillitati, atque Ca-  
mocores nebolica & orthodoxa fidei per totum terrarum  
as apograprbem promulgato Generali Concilio perque su-  
remos Christianissimos Proceres approbatum  
enerale Concilium Tridenti indictum, restitu-  
tientat. Cumque Nos Sacrosancte Apostolicae  
disobedientes filios ac defensores ostenderimus  
antiquo, Sanctitas sua nobis quoque hoc (ve  
in Sesson) significare volens, paternè nos adponu-  
quatenus (quod vel pricipuum Christi fidelia-  
m munus erat) non solum in Concilium huius-  
modi consentire, verum etiam Religiosos nostra-  
rum Dictionum Prelatos ad id visitandum adhor-  
ari, atque nos Sacularem Legatum, quemad-  
modum & ceteri Proceres facturi esse, eò mit-  
tre vellemus, ac emandare. Quamuis igitur Nos  
nisi quid per Generale Concilium quod ad com-  
munitatem Pacem & tranquillitatem, atque alia  
Fidei unitatem quomodolibet spectare pos-  
se, concluderetur, accepturos, tunc promptissi-  
mos ostenderimus. Ad maiorem tamen obedienti-  
am propensa voluntatis, proinde animorum in  
Christianam nostram fidem, studij ostensionem, no  
olam penes nostrorum Dominiorum Prelatos, ve  
luncum suum ad Concilium mittant, obtinui-  
sus; verum etiam in Nostru omnium nomine & singula  
orū verū & certū Legatū deputauimus, prout de-  
uimus per Praestes, Nobile & Strenuū Melchi-

L 2

orem

oreum Lusi Equite auratu, Ammannu in Syluania  
 infra Syluam. Mandantes eidem, ut nostrum deus  
 omnium nomine in Concilio huiusmodi Tridentino  
 compareat, atque omnia & singula transi-  
 gat & exequatur, quan nos, si praesentes essemus,  
 exequeremur. Quicquid etiam in dicto Generali  
 Oecumenico Concilio pro Pace & Tranquillitate,  
 atque etiam Reformatione Ecclesie, no-  
 straque Religionis elucidatione, seu augmenta-  
 zione, tuitone ac defensione statutum fuerit atque  
 decretum; Nostro atque omnium nostrorum Di-  
 visionum nomine acceptandum, consentendum,  
 atque nos omnes & singulos, ea fideliter & stri-  
 cè complecturos promittendum. Promittimus  
 insuper intercedentibus fide & honore nostris;  
 nos omnia & singula, rata, grata, atque firma  
 perpetuò habieburos, quacunque in prmissis, se-  
 aliquo premissorum, per hunc nostrum Legatum  
 acta gestaque fuerint, prout & quemadmodum  
 deuota SS. nostra Matris Ecclesia (apud quan-  
 nos in perpetuum mansuros confidimus) mem-  
 bra decebit. In quorum omnium & singulorum  
 premissorum fidem, robur & testimonium pre-  
 sentes nostras litteras exinde fieri, atque fidelissi-  
 morum antiquorum nostrorum Confederatorum  
 Lucernensum nostrum omnium nomine fecimus  
 sigilli appressione communiri, Datum XX. Febru-  
 arij Anno Domini M. D. LXII.

Guardi-

## Guardianus.

75. *Decisiones Generalis Capit: de incarcera-  
tione subditi à Guardiano &c.*
76. *Guardianus est maioris auctoritatis con-  
uentu, non tamen Prouincialis Pro-  
vinciali Capitulo.*
77. *Guardianis dantur documenta pro regi-  
mine rectè iustificando.*
78. *Specialia documenta proponuntur.*
79. *Prälatus tenetur aliquando socium iun-  
gere alteri, qui actiones eius obseruet,  
& referat.*
80. *Subditus à Prälato quomodo corrigendus.*
81. *Cur Prälati quandoque impotentes ad  
corrigendum.*

**D**E Guardianis reperio duplarem Deci-  
sionem Capit. Gen. An. 1633. 1. Guar-  
dianum non posse subditum suum incarcereare, ob  
id tantum quod per ordinarias pénitentias se non  
emendat. 2. Eiusdem Capituli Guardianus in a-  
lienō Conuentu, subditur Guardiano quoad Dire-  
ctionem, non quoad coactionem, non enim potest  
cogi; dummodo non ibi delinquit, quia per de-  
lictum subditur. His addē tertiam Capituli Ge-  
ner. An. 1637. & 1643, de illorum Vicarijs;  
Vicarios locorum, siue à Guardiano, siue Prouin-  
ciali sint instituti, quoniam auctoritatem habent  
subordinatam auctoritati Guardianorum, te-

LXXV:  
*Decisio-  
nes Gene-  
ralis Ca-  
pituli.*

neri in familia gubernio se conformare voluntas  
Guardianorum, vbi maioris Superioris voluntas aliud non innuit.

**LXXXVI.** Notat insuper N. P. Politius in c. 8. R.  
Guardia- gula, n. 21. & 22. Quod quamvis Capitulum  
xus est Prouinciale sit maioris auctoritatis, quoniam  
maioris Minister Prouincialis, sicut & Capitulum  
auctori- Generale, quam sit ipse Generalis, Guardia  
tatis con- nus tamen est maior toto Conuentu, etiam  
ventu, no Capitulariter congregato; quia non habet  
tamē Pro- potestatem à Conuentu, sed à Capitulo Pro-  
uincialis. Et Conuentus prædictus non ha-  
Capitulo bet talem auctoritatem à Capitulo super-  
Prouinci- eum, sed si inutilis probatur, per Prouincia-  
ali. lem statim poterit absolui. Et idem qui vo-  
luerit sustinere, & pertinaciter afferere Co-  
munitatem Conuentus congregatam, esse  
maiores suo Guardiano, tanquam subver-  
sor Sanctæ Obedientiæ, & errans, secun-  
dum antiqua Ordinis Statuta incarcerati  
debet.

Quoniam ex hoc, quod Guardiani mu-  
neri suo quandoque non sufficiunt, aut mi-  
nus satisfaciunt, frequens obmurmurandi  
& Superioribus, à quibus in Guardianos ele-  
cti sunt; obloquendi ansa capit, proderit  
ad excusandos Superioribus illos meminisse  
quod contigit Samueli, quem cognoverunt  
omnes à Dan usque Bersabee, quod fidelis Prophe-

ta esset Domini; Ille tantus vir, tam fidelis Propheta Domino, cum senuisset, posuit filios suos Iobel & Abiam, Iudices in Israël, non ex carnali affectu, sicut annotat Cornel. à Lapide in l. Reg. 8. ex Dione, sed quia eos optimè erudierat, & præceteris dignos iudicabat. Quid porro? Et nō ambulauerūt filii illius in vijs eius, ait S. Scriptura, sed declinauerunt post auaritiam, acceperūntque munera & peruerterunt iudicium. Audi nunc S. Gregorium in hunc locum: Ecce qui Prophetæ spiritu pienus fuerat, quos Iudices Israëli ponebat, non cognovit. Quid ergo mirum, si filii in disponendis Ordinibus posse sunt, qui prophetia gratiam non accipiunt; si y prophetiæ spiritum habent, eundem spiritum ad disponenda cuncta non habent?

De Guardianorū Iurisdictione, & regimine rectè instituendo insignia documenta LXXVII.  
 præscribit N. P. Iacobus Raggus de Regim. Guardia-  
 Regular. centur. 2. toto tractatu 8. qui liber nis dan-  
 cum apud nos vix semel ac iterum extat, tur docu-  
 huc transcribenda non inconsultum duxi, pro regi-  
 quæ in fine illius idemmet anchor summa- menta  
 riè contraxit. Superiores, ait, Subditorum ani-  
 mosibi quam maximè deuincent, non solum  
 prouidendo eorum necessitatibus, sed etiam illas  
 præueniendo, & pro statu Monasterij seu domus  
 abundantiter consulendo: omnibus æquè amicos,  
 affabiles, ac beneuelos, absque vlla personarum

L 4

accep-

acceptione se exhibeant, ita ut unusquisque sibi  
persuadere posse se praetereatis esse dilectum: suis  
temporibus debitas recreations concedant, pra-  
fertim Iunioribus, qui vacant studijs: officialibus  
monasterij sedulo inuigilent, ut quilibet ipsorum  
munus suum rite exerceat: ijs qui praetereatis la-  
borant, siue in bonum spirituale proximorum, si-  
ue in commodum Religionis identidem & verbis  
& factis, ostendant sibi gratos & acceptos esse eo-  
rum labores, siue illos hortentur: Subditis pra-  
cipiat non imperiosè, sed modestè, humaniter &  
potius cohortando quam imperando: Ita tractent cum  
suis subditis, ut hi magnam erga illos concipere  
possint confidentiam: se faciles præsent in conce-  
dendis ijs, quæ licet petuntur, & si quando co-  
guntur eadem negare, significent id sibi non pa-  
ratum displicere, interdum etiam indicata causa  
denegationis: In malis subditorum & præser-  
tim in infirmitatibus, ijs viscera paterna ostendant,  
illos sapiens inuisiendo, consolando, & debiti  
remedij prouidendo, nullis expensis parcetes,  
nullum incommodum declinantes, quamlibet  
asperam difficultatem superantes: publicè & pri-  
uatum suos Religiosos adhortentur ad perfectionis  
religiosa acquisitionem, ad regularem obseruan-  
tiam, ad exercitium virtutum omnium, idque  
non solum verbis, sed præcipue exemplo: Iuxta  
leges prudentia & Charitatis illos reprehen-  
dant de excessibus, ijsque salutares imponant po-  
nitent-

nientias, ita tamen, ut ycerò sibi persuadere possint, illis iniungi non ex odio aut ira, sed ex amore & zelo regularis Discipline, iuxta illud Sap. 12. cum tranquillitate iudicas. Ofer-  
dans se de omnibus bene sentire, interim tamen obseruantes suorum subditorum mores, ac inge-  
nia, ut sic tanto melius possint eos dirigere, eos subrabendo ex occasionibus peccandi: Curen-  
tes ut omnes quam diligentissime obeant exercitia spi-  
ritualia orationis, meditationis, examinis con-  
scientiae, & alia, sive priuata, sive publica, id est  
maxime per Confessarios & Praefectos rerum spi-  
ritualium. Hae & alia similia, que Vnctio spi-  
ritus sancti docebit, mirum in modum conferent  
ad rectam Regularium gubernationem. Sic ille  
summarie recapitulando quæ fuisus illo  
tractatu multiformi doctrina & Sanctorum  
authoritate corroborauerat, inter quæ non-  
nulla tradit speciali nota obseruanda, ea  
prætermittere non potui, sunt autem con-  
clusiones illius sequentes.

1. Guardianus seu Prior localis toto co-  
natu curare tenetur 1. habere cum D E O LXXVIII.  
pacem, quæ consistit in obedientia legi di-  
uinæ. 2. vt eadem pariter fruantur subditi.  
Specialia documen-  
3. vt cum his & ipse pacem habeat. Cum ta prope-  
teste Aristot. l. 4. Polit. Quanto est maior  
vno Principantis ad subditos, tanta sit politia  
secundior, rectior & utilior.

Ls

2. Ut

2. Ut hoc assequatur, 1. iuxta doctrinam S. Bonau. de sex alis Seraph. c. 6. communem vitam cum cæteris Prælatus obseruet in victu, vestitu & labore, vt non vacet conuiuijs & potionibus, cum alijs sobrio cibo & potu vtatur, nec sit eis dissimilis in habitu, cum quibus est ei professio communis; nec à labore cæterorum se subtrahat, qui illos iubet in eisdem laboribus exerceri; Pastor si se à grege segregat, oves insidijs luppenum exponit. 2. Conspirationes subditorum à Cœnobio pro viribus arceat. Charitatem quidem Monachi habere inter se matuam debent (S. Basil. in c. 30. Constit.) non ita tamen, vt duo, tresque seorsum à cæteris sodalitatem coëant; quandoquidem hoc non charitas est, sed seditio & diuisio, & eorum qui sic coëunt improbitatis indicium. 3. Non sit turbulentus & anxius; non sit nimius, non sit zelotypus & nimis suspiciosus. S. Benedict. c. 64. de Abbat. neque plus sapiat, quam necesse est. Eccles. 7. Ide est, inquit S. Bonau. ibid. Non debet Prælatus seu Index excedere in perscrutando culpam, quia qui vehementer emunit, elicit sanguinem; ideo dicebat Paulus ad Rom. 12. non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Neg. iustus nimium, vt habet ibid. Sapiens, vbi S. Hieron.

ron. Si quem, ait, rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conflexeris, ut nec in sermone peccanti, neque propter naturalem pigriziam moranti deuineniam, hunc sciro plus iustum esse, quam iustum est; nam in humana iustitia est fragilitati conditionis hominum non ignoscere: noli ergo esse iustus multum, quia pondus grande & ponitus paruum abominatio coram Domino. Considerandum quoque est (ait S. Greg. l. 14. Moral. c. 24.) quodsi qui fortasse sint, qui asperitate correptionis indigeant, runc eis correptio à nobis admouenda est, cum Dei manus cæsar à verbere: cum vero superna flagella insunt, non iam à nobis correptio, sed consolatio debetur: ne dum in dolore increpationem iungimus, percusionem percussioni sociemus. 4. facile proinde non præbeat aures murmuranti, ac secreto & leviter confratres defrenti: Illius linguam, ut Ioanni Constantiopolit. scribit D. Gregor. epist. 52. l. 2. Regist. noli recipere, ille ad consilium vestra sanctitatis debet dirigi, non autem sanctitas vestra ad verba illius flecti, si enim illum audit, scio, quia pacem cum suis fratribus habere non poterit. 5. In rebus ac negocijs parui momenti, quæ passim occurruunt in cœnobij, non tenetur Superior aliorum consilium petere, sed sufficit proprio adhærere: secus est dicendum in rebus ac negocijs arduis maximi  
pon-

ponderis, tam ad euitandum aliquod m-

## LXXIX.

*Prælatus  
tenerit  
aliquan-  
do sociū  
iungere  
altari,  
qui acti-  
ones eius  
obseruer.*

## LXXX.

*Subditus  
à Pra-  
la-  
to quo-  
modo cor-  
rigendus.*

lū, quām ad promouendū aliquod bonum, quorum media pro electione sunt satis ambigua. 6. Potest Prælatus tanquām Pater, & tenetur socium iungere ei, quem tanquām suspectum de aliquo crimine, ac patrum honesta familiaritate habet, vt eius actiones obseruet atque exploret & referat Superiori, vt fraternaliter corripiatur. Ponit P. Raggius hanc conclusionem l. c. dub. 169. ac pro ea notat ex Soar. Prælatum quatuor posse facere. 1. Dicit posse Prælatum, si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem per dictum vnius testis oculati à falsitate alieni, grauiter subditum reprehendere, etiam coram duobus vel tribus testibus, si id iudicauerit expediens, ad eum confundendum & comonendum. 2. Posse ob eandem rationem, pœnitentiam ei aliquam iniungere, ieunium vel flagellationem. 3. Minis eum terrere. 4. Imponere sub pœna excommunicationis ipso facto incurrienda, ne talem locum suspectum adeat, neue cum tali persona loquatur, & id etiam cum ipso delatore & testibus, vt sic de eius transgressione clarius constet; nam hæc omnia non excedunt officium paternæ correctionis & potestatis, quam habet vt pater in filios; ex alia parte semiplena pro-

batio

batio sufficit ad hæc præstanda. Quod si, his non obstantibus, subditus delinquens nullam præmonitionem admittit, & delictum non est notorium, nec probabile in iudicio, nec vergit in damnum communis, Prælatus cessare debet, sed oret pro illo, vigilet & occasiones sine scandalo aut infamatione subditi auferat, quia nequit ob delictum occultum illum infamare, neque ad aliud genus inquisitionis debet procedere. Quod si delictum in damnum communis, vel tertij vergit, & frustra paterna correctio facta fuit, quia subditus durus est & delictum negat, & emendationem non promittit, poterit Prælatus ad iudiciale correctionem transire, & præcipere delatori, ut eum denuntiet, cui præcepto ipse tenebitur, nisi ob graue periculum sibi immensus excusetur: quia bonum commune, & innocentis tertij, particulari nocentis præferendum est, quare delator producere debet denuntiationem, & judex eam acceptare, ipsumque delatorem tanquam testem examinare, qui veritatem tenetur fateri. Pro tali casu, præsertim vero cum delictum est notorium, aduertat quisque Superior, quæ sui fori sint, secundum dicta V. Index. Modum corripiendi à Christo Domino præmonstratum videlicet apud S. Ioan. Chrysost.

10. 2. Conc. 1. de Lazaro.

Quod

Quodsi ad corrigendum impar sis, Sa-  
lem imitare. 1. Reg. 10. quem cum filij Be-  
lial despicerent dicentes: Nunquid iste saluare  
nos poterit? iste tam parvus, nos tam magnos;  
tam debilis, tam fortes? negarentque munera,  
debitam scilicet reverentiam honoris, & humili-  
tatem subiectionis: ipse disimulauit se audire.  
Cuius in hoc prudentiam S. Gregorius in  
eum locum mirè commendat, & imitan-  
dam proponit Superioribus: Subditorum  
quidem ( ait ) prauitatem audit, qui nouit:  
sed audit & non respondit, immò se audire dis-  
simulat: quia plerunque causā exigente, nota  
subditorum superbia incorrepta deseritur, vt  
oportuniōri tēpore quasi cognita feriatur. Culpa  
ergo quæferiri digna severitate non potest, dis-  
simulanda, non exponenda est: quia audacius à  
Subiectis delinquitur, si Prælatorum infirmitas  
agnoſcatur.

LXXXI.  
*Cur Pra-  
lati qui-  
dō im-  
potentes  
ad corri-  
gendum,*

In hac infirmitate, ac disciplinæ regulatis  
exercendæ impotentiâ, quæ nonnunquam  
ex merâ subditorum duritie noscitur, alias  
ex nimia Superiorum indulgentia, vel pa-  
ſillanimitate, praesertim verò quando recen-  
tes & adhuc regiminis imperiti præficiuntur  
æqualibus, vel etiam Senioribus, qui &  
ipſi olim Prælaturam administrarunt, ac  
proindè non tam regi volunt quām regere,  
quid utrisque faciendum incumbat, placet  
huc

huc demum apponere ex D. Gregorio M.  
cuius verba refert Gl. in 2. Reg. c. 24. ut se-  
quitur: Ita iuncta sunt merita Rectorum &  
plebium, ut sepe ex culpâ Pastorum deterior fiat  
vita plebium, & ex merito plebium mutetur vi-  
ta Pastorum. Sed quia Rectores habent Iudicem  
suum: non temere iudicent subditi vitam Regen-  
tium. Per semetipsum enim Dominus es numu-  
lariorū fudit & cathedras vendentium colum-  
bas euerit, significans quia per Magistros vitam  
iudicat plebium, per semetipsum autem facta  
Magistrorum: quamuis etiam subditorum vitia,  
qua à Magistris disimulantur vel iudicari ne-  
queant, eius iudicio reseruentur. Dum ergo saluā  
fides res geritur, virtutis est meritum, quicquid  
est prioris tolerare. Sed curandum est, ne insu-  
perbiā transeat iustitiae inordinata defensio, &  
dum rectitudo incaute dirigitur, magistra rec-  
titudinis humilitas amittatur, ne eum praeesse  
quis despiciat, quem forte in aliquo reprehendar.  
Contra hunc tumorem superbia propria infirmi-  
tas incessanter attenditur. Vires enim nostras ve-  
raciter examinare negligimus, & quia de nobis  
fortia credimus, Pralatos distide iudicamus.  
Quo enim nos minus agnoscamus, illos quos re-  
prehendere nitimur, plus videmus. Singula hac  
malas sunt, quae sepe à Subditis in Pralatos, sepe  
à Pralatis in subditos committuntur: quia Pre-  
lati subditos minus sapientes arbitrantur, & sub-  
iecti

iecti Rectorum facta iudicant, & si Regimen redire contigeret, se melius agere putant. Vnde Rectores minus prudenter, quae agenda sunt, vident, quia eorum oculos nebula elationis obscurat: & sapè subiectus factus Ratalatus hoc facit, quod, dum fuerat subiectus, arguebat: ut quia illa, qua iudicauerat, perpetrat, saltem quia iudicauit, erubescat. Sicut igitur Ratalatis curandum est, ne eorum corda singularis sapientia locus superior extollat, ita subiectis prouidendum, ne sibi Rectorum facta displiceant. Si autem Magistrorum vita iure reprehenditur, oportet, ut subditi eos etiam, cum displicant, venerentur. Sed solerter intuendum est, ne eum quem venerari necesse est, imitari appetas, aut quem imitari despicias, venerari contemnas. Subtilis enim via tenenda est rectitudinis & humilitatis, ut sic Magistrorum facta displiceant, ut subditorum mens à Magisterij reverentia non recedat,

## Habitus.

82. *Habitu dimittens ex leuitate per totum diem domestice manendo non incurrit censuram.*
83. *Dimittens, vel mutans quando peccet.*

LXXXII.  
Habitu  
dimittens  
quando in-

**A**d n. 250. Idem Sanch. n. 57. negat in-  
currere consuram, & si quis eo breui  
spatio

*currat  
censurā.*

Spatio habitum alium assumat causā diuagā-  
di aut eundi ad lupanat, vt dimittens propri-  
um habitum incognitus adeat. Caiet. V. Ex-  
communicatio. c. 61. & Sayt. de censur. l. 3. c.  
33. n. 14. etiam illum ab incursu excommu-  
nicationis immunem faciunt, qui dimittit  
habitum ex leuitate, etiam per totum diem  
domesticē manendo, tum quia propriè lo-  
quendo non sit temeraria dimissio, tum quia  
cessat legis ratio de materia euagationis. Cū  
his videtur sentire Rodriq. ro. 2. qq. Regul.  
q. 77. a. 6. referens Ioan. Andream dicere,  
quod ipse non putet secundūm SS. Canonū  
mentem, quod Mōnachus in Cella sua di-  
mittens habitum, vel dum balneum intrat  
in occulto, vel iacet sine habitu, ligetur,  
præfatā Excommunicatione, sed tunc quan-  
do exhibet se conspectibus hominum sine  
habitū, in habitu laicali, vel Clerici Sæcula-  
ris sine iusta causa, aliás, ait, paucos reperi-  
tior ligatos. Esto autem tales in censuram  
Canonis non impingant, à culpa tamen im-  
munis non erit, qui leuiter & absque ratione LXXXIII.  
Religiosum indumentum deponit, cuius v. Dimittent  
sus, vt ait S. Bonau. Specul. Nouit. p. 1. c. 25. ita  
continuus esse debet, vt Religiosus frater non sit  
vel modicum sine ipso, nisi necessitas euidens cum  
cogat. Sæcularis persona nuditas, inquit, & Re-  
ligiosus sine habitu, comparantur. Etiam in le-

M

Cto

*Vel mu-  
tans quā-  
do peccet,*

Cto aut dormiens, tenetur Religiosus habitu  
 suæ Religionis portare, & peccat illum di-  
 mittendo: quia ita videtur præcipi ab Eccle-  
 sia in e. Vidua. 20. q. 1. vbi dicitur: *seu in lectu-*  
*lo quiescens, sive in quocunque loco consistens,*  
*constanter utatur aptâ Religionis professioni ve-*  
*ste. &c.* Quidam lethalis culpæ reum faci-  
 unt secùs agentem, quod Lezana p. 1. qq.  
 Reg. c. 13. n. 7. eatenus admittit, si quis om-  
 ninò nudus, etiam sine camisia, causâ aliquâ  
 non urgente, in lecto dormiret; alia autem,  
 qui aliquâ decéte veste aut tunicâ dormiant  
 sine habitu suæ Religionis, credit peccare  
 venialiter. Excusat à veniali illos, qui ob  
 rationabilem causam solum paruo habitu  
 suæ Religionis, cum tunicâ interiori vestiti  
 dormiunt, cum ita consuetudine introduc-  
 tum videatur etiam inter magis timoratos.  
**Consulendas** demùm asserit in hoc leges &  
 consuetudines particularium Religionum,  
 Idem n. 5. licet à mortali excuset (contra  
 Graff. qui decis. l. 3. c. 5. n. 77. putat esse mor-  
 tale peccatum dimittere Religiosum solum  
 habitum, etiam in Monasterio, & indui ve-  
 ste fæminea propter ludum laruarum vel  
 aliam comædiam faciendam) si fiat ob ho-  
 nestam recreationem, Eutrapeliam, vel ali-  
 um honestum finem, debitissime pensatis  
 circumstantijs, quantum est ex se & sua na-  
 turâ,

turā, semper tamen esse periculōsum, addit  
non immēritō, propter infirmitatem & cor-  
ruptionem.

## Ieiunium.

84. Ieiunia praecepta à Regula S. P. N. Frati-  
cisci.
85. Fructus & dignitas Quadragesimæ ostendit-  
ur.
86. Ieiunium sextæ ferie, & flagellatio corporis  
commendatur.

R Egula Fraticiscana eam Profitentibus LXXXIV.  
sequentia præscribit Ieiunia: Ieiunant, Ieiunia  
inquit, a festo omnium SS. usque ad Nativitatē præcepta  
Domini: sanctam verò Quadragesimam, quæ à Regula  
incipit ab Epiphania usque ad continuos quadra-  
ginta dies, quam Dominus suo S. Ieiunio con-  
secravit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti  
sint à Domino, & qui nolunt, non sint adstricti;  
sed aliam usque ad Resurrectionem Domini ieiun-  
ent. Alijs autem temporibus non teneantur nisi  
sexta feria ieiunare &c. Mysteria horum &  
vilitatem libeat per Sanctorum exhortatio-  
nes addiscere.

## §. 1. Triplicis Quadragesimæ fructus & dignitas.

Mz

S. Gre.

S. Gregorius M. in lib. I. Reg. c. II. lib. I. c. 5.

LXXXV. **E**t factum est, cum venisset dies crastinus,  
Fructus & dignitas Quadraginta o. percutiit Ammon usque dum incalesceret sol. In stenditur. partes quidem diuiditur populus, ut serpentem Naas non vna acie feriamus. Et quidem in tres partes diuiditur, ut sacra abstinentia fructus & dignitas ostendatur: quia ad eam, quam manducando perdidimus, Sanctae Trinitatis contemplatione ieunando reuocamus. Hinc effem enim quod Legis & Prophetarum & Euangelij ieunia commendatur. Nam Moyses (Exod. 34.) ut legem percipere mereretur, bis quadraginta dierum numero ieunauit. Elias (3. Reg. 19.) ut lezabel manus euaderet, quadraginta diebus in unius cibi fortitudine ad Horeb Dei montem peruenit. Dominus ac Redemptor noster IESVS Christus (Matth. 4.) per quadraginta dies in eremo ieunans, nullum omnino cibum sumpsic. In tres ergo partes Saul populum diuidit, quia in exemplum abstinentium, Legis & Prophetarum atque Euangelij, ieunia producuntur. Et veniente die crastino, media castra Doctor ingreditur: quia cum diuina gratia, qua ad docendum corda Prædicatorum illuminat, auditorum etiam mentes irradiat & ad spem victoriae potenter levat. In die igitur crastino doctor triumphatus castra inimicorum ingreditur & aperit, in eisque con-

cupis-

cupiscentiarum aries potenter ferit. Et quia ipsorum subditorum mentes audiendo proficiunt, in vigilia matutina rex dicitur castra Ammonitarum ingredi, & usque dum dies incaleficeret, in eorum cädibus immorari. Vigilia quidem matutina in Dei aspiratione, est seruor solis in eius plenitudine. Velut enim matutina nobis lux oritur, quando tenebris temptationum depressi, lucem virtutis ab ore prædicatorum videre incipimus, quam sequamur. Et sol nobis incalefecit, cum per eorum verba mens nostra succenditur, & quasi seruentis solis calore decocta, desiderijs inflamatur. Tunc quippè Ammon vehementer cäditur, quia vitiorum populus de nostris sensibus effugatur. Rector igitur qui in vigilia matutina Ammonitarum castra ingreditur, usque dum incaleseat dies, ab intersectione gladium non recondat: quia tamdiu debet Subditorum suorum eruditioni insister, quamdiu illos aspiciat, magnis interni luminis caloribus inflammari. Quo in loco notandum est: quia Naas, id est, serpens Ammonitarum rex esse dicitur, ipse autem Ammon populus mœroris interpretatur. Et quia in hoc serpente gulae vicium designari diximus, cum Naas percutitur, mœroris populus debellatur: quia ex uno gulae vicio, innumera vitiorum egmina ad conflitum anima producuntur. Et cum idem gulae vicium recidetur, alia multa vitia nobis subingamus. Vnum quidē galæ viciū est, sed accu-

lei libidinis innumeri sunt, qui precedentem  
et illum quasi regem sequuntur. Qui lega quidem  
suggerunt, sed ad eternis fletus lamenta perdu-  
cunt. Cum Naas ergo pugnatur, sed mœroris po-  
pulus cœditur; quia cum gulam domamus, libi-  
dinum incitamenta perimpuntur. Vnde bene non  
ipse Naas, sed Ammon subiectus sibi, id est, popu-  
lus imperfectus asseritur; quia appetitus comedio-  
nis restringendus, non extinguedus est. sed bene  
nunquam restringitur, si subsequens mœroris po-  
pulus, id est, turpes motus libidinum non necan-  
tur. Contra Naas ergo nobis principale certa-  
men est; quia cum iste superatur, Ammon  
intersicitur; quia libido tunc bene cœditur, si eius  
principale initium subiugatur. Sed prosector pudiciæ quoisque procedat, latenter ostenditur  
per ea, quæ subsequuntur. Nam dicit;

Reliqui vero dispersi sunt, ita ut nec re-  
linquerentur duo pariter. Probatio vera ab-  
stinentia non est in attenuatione corporis sed in  
perfectione castitatis. Nam bene serpens atteri-  
tur, si sic gula restringitur, ut libidinosi motus  
corporis omnis violentia minuatur. Nam motus  
ælliciti carni, quamdiu ipsa caro est, tolli nō pos-  
sunt, violencia in quenlibet tolli potest. Non qui-  
dem tolli potest carni, quod lex carnis membra  
non moueat: sed tamen tolli potest carni vio-  
lentia motionis, ut relinquatur ei motus, sed ei-  
dem motus omnis delectationis obscenitas anse-  
natur;

ratur, & simplex motus ille sit, in quo reliqua libidinis turpitudo non sit. Benè ergo alijs in fugam versi perhibentur, quia cum abstinentes quosque diuina gratia perfectè remunerat, à corporalibus eorū motibus omniū obscenitatū aculeos tollit: sed eis, ipsos motus naturales deserit, vt rēcari semper possint, vinci nūquā possint: dum id deserit, quod eis valde displaceat, sed si debilitat, quod deserit, vt praeualere victoribus nō permitat. Ammonitas quippe percusserat, quā dicebat ( 1. Cor. 9. ) castigo corpus meum, & seruituti subijcio, ne alij prædicans, rebus efficiar: Interfectis etiam alijs, fugitiuos interficere non poterat: quia deplorat dicens: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Rom. 7. Item, quia debilitatos videbat, qui remanserant, dicit: nulla creatura poterit nos separare à charitate Christi. Rom. 8. Quid est ergo, quod deplorat legem inesse membris legi mentis repugnantem, si extinctis alijs, alijs in fugam versi sunt: nisi quia perfecti viri hoc ipsum, quod simplices motus carnis contra voluntatem sustinent, vehementer dolent: vellent quippe sic manere in carne, vt contra mentis voluntatem de carne nulla sustinerent. Quod quidem quia impossibile est, præmisit dicens: velle adiacet mihi, posse autem non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio, Rom. 7. Quasi dicat:

M 4

vellent

vellere esse in carne, non eā perfectione, quā perfectus in carne perfectus est, sed sicut Angeli Deū in cœlo. Sed hoc posse nō inuenio, quia quamdiu mors peccati absorpta in futura resurrectione non fuerit, illud quod in me peccatum inhabitat, mouet me contra me. Sed quod extingui peccatum non potest, effugari potest. Motus quippe carnis quasi in fugam vertitur, dum ipsa bene ieiunando castigatur. Tanto enim rarius ac difficilius se contra spiritum erigit, quanto sibi carne praesidens spiritus per extenuationem subdit, cum sic eam domat, ut tardè superbiat, ita conquiescat. Sed subtiliter est intuendum, quod dicitur: ut non relinquenterunt duo patiter. Duo quidem remanent, sed pariter non remanent. Duo quidem sunt, cogitatio iuanda, & naturalis motus carnis. Ad Sanctorum quidem conflictum aliquando immunda cogitatio præuenit, aliquando resurgentem sibi sentiunt legem carnis contra legem mentis: sed quā victores iam sunt, hostes in fugam versos non timent, si iterum ad pugnam redeunt: quia cum eis pariter pugnare non possunt. Nam cum præua cogitatio obuiat, prius eam abiiciunt, quam de eius suggestione caro moueat. Et cum carnis lex membra commoueret, lex mentis turpem motum turpia cogitando nequaquam fouet, & dum alterum abiicit, alterius pugnam nequaquam sentit. Benè ergo de Electorum perfecta victoria.

victoria rectè dicitur: quia dispersi sunt alij, vt duo pariter ex eis non sint relicti, quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, vt ab eis quidquid à carne, qui quid à mente ingeritur, leviter superetur, dum convenire in pugnam non finitur. Et hanc quidem victoriam de omnibus sensibus corporis electi percipiunt, qui obſidentem Naas sibi subiungere per abstinentia virutem possunt. Nam refecta caro & impinguata ad lapsum linguae, oculorum, auditus, olfactus & tactus facilis est. Dum ergo illiciti corporalium sensuum motus à gulæ vicio, ad mentis pugnam deducuntur, quasi Ammon populus, Naas Regem ad Israelitarum obſtationem comitatur. Sed dum Naas perfectè vincitur, Ammon & extinguitur ex parte, & ex parte sic infugam vertitur, vt ex eo duo pariter non inveniantur. quia dum per abstinentiam corpus arterimus, innumeros nostrorum sensuū illicitos motus eneruamus, & quos omnino eradicare non possumus, quasi debiles effugamus. Ex quibus duo pariter nobis in pugnam non remaneant: quia in oblectatione alicuius sensus corporei non coniungimus sensum mentis. Nam sèpè oculis aspicimus, sèpè audimus auribus, sèpè tactu, sèpè olfactu percipimus, quæ carnalem animum trahere ad illicitum amorem possunt, sed nostram perfectè carnem macerando viatores sumus: quia duos pariter de viciis adversarijs

Ms

non

non videmus. Concupiscenda tunc quidem cernimus, sed oculorum motibus appetitum animæ coniungere deuitamus. Sæpè etiam cordi cogitatio illicita obviat, sed viator serpentis fugitivū motum suum, quem attendit, solum invenit. Ad ea enim, quæ corde accidenter cogitat, aliquem de sensibus corporis per motum illicitum nequaquam levat. Tales quippe sunt, qui vñ nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas sunt, qui concupiscenda respiciunt, sed simplicitatem mundi cordis concupiscendo non perdunt: quia vident quæ appetant, sed illicite appetere quod cernunt, vitant. Ad hanc profectò viatoriam quia Prædicatorum nostrorum exhortatione proficimus, bene per Saul Ammoniarum Populus devictus & casus esse memoratur.

## §. 2. De Ieiunio Sextæ feriæ & flagellatione corporis.

B. Petrus Damiani. Opus. 43. de laude flagell.

LXXXVI.  
Ieiunium  
sextæ feria  
& flagel-  
lario Cor-  
poris consi-  
menda-  
tur.

O Bservatio Sextæ feriæ, Dilectissimi, cui ve-  
stra sancta devotione dedicavit & Ieiuniū  
salutaris

salutaris inediā, & Apostolicorum verberum  
disciplinam, quot hominum multitudines ad  
exemplum salutis attraxerit, & tanquam no-  
vella divīna plantationis oliva in exuberantium  
germinū propagines pullulaverit, testes sunt non  
modò Monasteria vestra, hoc est, que suorū gau-  
dent imitari vestigia Magistrorum, sed & mul-  
titudines vrbii atque villarum, quæ se commu-  
niter ingerentes, atq; lētantes, idipsum plausi-  
biliter arripiunt institutum. Adeò ut plerique  
præ deuotionis ardore concepto, nisi quantocuyus  
huius obseruantia fuscipient regulam, non leueme-  
se reputent propriæ salutis perferre iacturam;  
nullatenus ambigentes, quia dum die Crucis per  
corporalem alimentorum se continentiam mac-  
tant, passioni Redemptoris in veritate communi-  
cant; atque ad Dominicæ Resurrectionis gloriam  
se pervenire non inaniter credunt, dum Christo  
in Cruce pendēt, ipsi quoq; suæ Carnis illecebras,  
per abnegatæ refectionis pabulum crucifigunt.  
Hinc est, quod ait Apostolus; si compatimur &  
conregnabimus; si commorimur & conuiue-  
mus. Et iterum; Si complantati facti sumus  
similitudini mortis eius, simul & resurre-  
ctionis erimus. Et paulò post; Si autem mortui  
sumus cum Christo, credimus, quia simul  
etiam viuemus cum ipso.

Sed

Sed sciendum est, quod humani generis ini-  
sus, dum totum sacrificium non valeat de manibus  
offerentium rapere, more quasi rapacis Harpye  
partem saltem quamlibet conatur afferre. Hinc  
est quod cū Abrahā Deo Sacrisciū ex diuersis ob-  
zulisset animalibus, scriptū est Gen. 15. Quoniā de-  
scenderunt volucres super cadavera, & abigebat  
eas Abraham. Super mactata quippe cadavera  
descendunt volucres, dum ad rapiendum sacrifici-  
um afflictorum corporum nostrorum, aëre se  
precipitant potestates; ut vel totum de manibus  
litantium rapiant, vel partem præreptam quasi  
de manubij sibi triumphalis victoriae applaudant.  
Hinc est quod auctor antiqua superbie spiritus per  
ora quorundā, tanquam per vasorū suorū organa,  
vobis concrepat, dicens: ieunio quidem non pe-  
nitus improbandum est corpus atterere, sed tur-  
penimis & inhonestum est, ante rotfratrum in-  
tuentium oculos membranudare.

Age, frater, quid est caro ista, quam videlicet  
tam diligenter cura vestibus contegis, & tanquam  
regia fabolē molliter nutritur? nōne massa putredini-  
nis? nonne vermis, puluis ac cinis? nec iste qui  
nunc est, à sapiente viro attenditur: sed potius  
dignum est, ut sanies, virus, fæcor & ob/cana cor-  
ruptionis illuies, quæ postmodum futura est,  
perpendatur. Quas ergo gratias tibi referent  
vermes, qui voraturi sunt carnes, quas molliter  
ac suauiter enutrisisti? age, inquam, cur passus est  
Christus?

Christus? an ut proprios reatus ablueret, & ex-  
cessus sui commissa delerer? Sed audi Petrum de  
illo dicentem: Qui peccatum non fecit, nec  
dolus inuentus est in ore eius. 1. Petr. 2. Ad  
quid ergo passus est? adhuc Petrus ipse respondeat:  
Christus, ait, passus est pro nobis, vobis re-  
linquens exemplum, ut sequamini vestigia  
eius. Christus ergo primò passus est, quem proti-  
nus Apostoli sunt securi, quorum & nos vestigia  
principium imitari, sicut unus eorum dicit. Cor.  
11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.  
Ad quid ergo legimus Christum passum, nisi  
eius è vestigio porsequamur exemplum?

O quam iucundum! o quam insigne spectacu-  
lum! cum superenus Iudex de celo prospectat, &  
homo semetipsum in inferioribus pro suis delictis  
maetatur. ubi reus ipse in pectoris sui tribunalibus  
praesidens, trifarium tenet officium: in corde se  
constituit Iudicem, reum in corpore, manibus se  
gaudet exhibere tortorem; at si Deo sanctus pa-  
nitens dicat: Non opus est, Domine, ut officio  
tuo me punire præcipias: non expedite, ut ipse  
me iusti examinis ultione percellas: ipse mihi  
manus iniicio, ipse de me vindictam capio, vi-  
cemque meis peccatis reddo. Et hoc est profecto,  
quod Petrus Apostolus admonet dicens 1. Petr. 4.  
Nemo vestrum patiatur quasi homicida,  
aut fur, aut maledicus, aut alienorum ap-  
petitor; si autem ut Christianus, non eru-  
bescat,

bescat. Enimvero ubi hoc sit, demones fugia-  
unt: & quod ad Christi gloriam, eorumque fit  
ignominiam, cernere perhorrescunt. Huic è con-  
tra spectaculo assistunt Angeli, qui gaudent de  
peccatore conuerso: & hoc Deo gaudentes an-  
nunciant: cum iam inuisibilis Iudex idipsum per  
se delectabilitè cernat. Hæc est hostia que viua  
mactatur, ad Dœum per Angelos oblatæ desertur:  
& sic humani corporis victimæ illi vnico sacri-  
ficio, quod in ara Crucis oblatum est invisibiliter  
permisetur: & sic in uno thesauro Sacramentum  
omne reconditur, videlicet & quod vnumquod-  
que membrum & quod caput omnium obtulit  
Electorum.

## Indulgenciat.

§7. Indulgenciat Regularibus concessa.

N.B. Segnialia ideo deleta, num Frates itinerantia  
quia sunt aliqua revo- ilucrari possunt.  
cata et corrigenda. a pro animabus quantitate  
esse in vna Ecclesia.  
andri 7. & Pauli se-  
ribus applicare licet,  
culæ extenduntur ad  
spiritualia nostrorum hospitiorum.

LXXXVII. **A**d. n. 221. Vnde P. Chals. præmemora-  
Indulgen- tas Bullas Pauli 5. habeat, vel ubi repe-  
tia Regu- riatur, me prorsus latet, cum noti parum in-  
laribus dagauerim. Confirmationes Indultorum  
concessa. Spiritualium & Indulgenciarum factæ Or-  
dini

bescat. *Enimvero ubi hoc sit, dæmones fugia-*  
*unt: & quod ad Christi gloriam, eorumque sit*  
*ignominiam, cernere perhorrescant. Huic è con-*  
*tra spectaculo assunt Angelii, qui gaudent de*  
*peccatore conuerso: & hoc Deo gaudentes an-*  
*nunciant: cum iam inuisibilis Iudex idipsum per*  
*se delectabilitè cernat. Hæc est hostia que viva*  
*mactatur, ad Dèum per Angelos oblata desertur:*  
*& sic humani corporis victimæ illi unico sacri-*  
*cio, quod in aræ Crucis oblatum est invisibiliter*  
*permiscetur: & sic in uno thesauro Sacrisciūm*  
*omne reconditur, videlicet & quod unumquod-*  
*que membrum & quod caput omnium obtulit*  
*Electorum.*

### Indulgenciat.

87. *Indulgenciat Regularibus concessæ.*
88. *Indulgencias stationum Fratres itineran-*  
*tes, & infirmilucrari possunt.*
89. *Altaria Priuilegiata pro animabus quan-*  
*do plura possint esse in una Ecclesia.*
90. *Priuilegium Alexandri 7. & Pauli si-*  
*quando diversis altaribus applicare licet.*
91. *Indulgenciat Portiunculae extenduntur ad*  
*Sacella nostrorum hospitiorum.*

LXXXVII. **A**D. n. 221. Vnde P. Chass. præmemora-  
*Indulgen-*  
*tas Bullas Paulij, habeat, vel ubi repe-*  
*tia Regu-*  
*laribus*  
*concessæ.* riatur, me prorsus latet, cum non parum in-  
*dagauerim. Confirmationes Indultorum*  
*Spiritualium & Indulgenciarum factæ Ot-*  
*dini*

dini SS. Trinit. à Greg. 15. & Vrbani. 8. ha-  
bentur in Bullario Romano, prior quidem  
inter Bullas illius Pontificis n. 22, data An.  
1622. Posterior vero inter Constitutiones Vr-  
bani 8. n. 94. data, non Anno 1623. Ordini  
SS. Trin. cuius meminit P. à Rheiota, sed An:  
1628. Fratribus B. Mariæ de Mercede Re-  
dépt. Captiuor. utraccū expressa clausula;  
Dummodo eonsque reuocata vel reuocata non sine  
Et. Ut, si quis Indulgentias eiusmodi aliquā-  
do à Paulo 5. reuocatas, neque rursus con-  
cessas esse tenet, confirmationibus Greg. 15.  
& Vrbani 8. parum delatus sit. Quare ad  
hoc tota iterum redibit quæstio, num Pau-  
lus 5. post reuocationem Indulgenciarum,  
eas postmodum Regularibus denud largitus  
sit. Omissis autem nuncis, quarum paulo  
ante memini ex P. Chassaino occurrit alia  
confirmatio Pauli 5. facta Anno. 1606. pri-  
die Non. Sept. (reuoCATio præcesserat an-  
no eodem die 23. Maij) qua Societati Iesu  
confirmat & innouat Priuilegia &c. gratias  
& indulcta eidem principaliter vel per communi-  
cationem concessa, qualiacunque illa sint, motu  
proprio & ex certa scientia, cum clausulis effica-  
cissimis, non obstantibus quibusvis irritantibus,  
annullativis, revocatoriis, modificativis, præ-  
seruatiuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis ac-  
testatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis,  
alijsque, efficacioribus & insolutis clausulis

irritatis

irritantibusque & alijs fortissimis decreis in contrarium etiam plures concepsis, confirmatis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Etiam si de illis primumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua ac de verbo ad verbum, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia expressior forma ad hoc seruanda foret &c. Bullâ: In quantum. Inter litt. Apost. Soc. Iesu, pag. 311. Hic nomine Indulorum, venire quoque Indulgentias, suadet 1. vocabulum, Qualiacunque. Dictio, ut loquitur Barbos. de Diction. tit. 299. Vniuersalis, quæ prorsus tollit omne dubium & includit omnia, ac propter eius generalitatem ad casus etiam improprios trahitur. 2. quod idem Paulus s. paulo antè, 12. Cal. Sept. Bullâ: Inter omnes. apud Cherubin. 25. Ordini B. Mariæ de Mercede, Priuilegia & indulta confirmans, subiungit: Exceptis tamen indultis & Concessionibus Indulgentiarum ac peccatorum remissionibus & relaxationibus &c. pro quo notandum 1. nullam ibi praecessisse mentionem aliam Indulgentiarum: Signum ergo est, ibi subintellecitas fuisse sub vocabulo Indulorum, ut liquet ex Barbos, axiom. 85. n. 6. vbi: quod casus exceptus à dispositione generali declarat dispositionem loqui de illa materia. Item quod restringi seu declarari Regulam debere intelligit.

Additamenta.

193

telligi de materia exceptionis; 2. quia in ista exceptione, post expressionem Indultis, quasi declaraturus quid isto nomine velit intelligi, continuo subdit: Et concessionibus Indulgentiarum &c. Ecquae vero alia indulta hinc excepta dici queunt, quam Indulgentias accedit, quod saepedictus Paulus s. Societati Iesu confirmavit, ut dixi, Indulta qualia-  
cunque tam principaliter, quam per communica-  
tionem eidem concessas, non obstantibus Reuo-  
catoriis &c. Cum igitur ista Societas absque  
dubio gaudeat etiam priuilegijs, indultis &  
gratijs P.P. Camaldulensem, consequenter  
etiam illi denud concessum, confirmatum  
ac innouatum est, quod Gregorius 14. Bulla;  
Ex Inituncto. apud Cherub. n. 18. Congrega-  
tioni Camaldensi concessit, nimitem, ut  
verba illius propria referam; Indulta cuius-  
tung generis existentia, nec non Indulgentias  
etiam plenarias.

Ad n. 222. vers. Rodriq. Eas Indulgentias L  
primù concessisse Innocentium 8. viuae XXXVIII.  
vocis oraculo, legitur in Priuil. Mendicant.  
Indulgentias stationum quoad FF. n. 9. quod  
nimjurum FF. Minores, Prædicatores & alij,  
qui per obedientiam reperiuntur extra Cō-  
ventus & loca, possint promereri Indulgen-  
tias stationum, & alias eisdem fratribus cō-  
cessas in suis Ecclesijs, dicendo quinques Pa-

N

ter

er noster, & Ave Maria, in quacunque Ecclesia & loco ea dixerint, pro intentione & proposito illius Indulgentiae, prout illi, qui in praedictis suis locis dicunt; ac etiam infirmi in suis infirmarijs & cellis, & etiam in letulis, quando commode aliter dicere non possunt, &c. Has postmodum tum viue quoque vocis oraculo, tum Bullam, cuius initium: Dum praelata. An. 1515. die 19. Iun. confirmavit Leo 10. apud Rodriq. Bullam 20. Leon. 10. Eius verba sunt haec: Et cum afferatur fals. record. Innocentium 8. seu alium Romanum Pontificem Praedecessorem nostrum, ad tollendum discursus fratrum ordinis huiusmodi concessisse, quod fratres, qui quinque Pater noster & Ave Maria coram Sacramento Altaris, & infirmi in grabatibus suis pro felici statu S. Matris Ecclesiae dicendo, ut supra, haberent eandem & prorsus similem indulgentiam, qua concessa est visitantibus singulis annis, videlicet 2. die Augusti, Ecclesiam domus S. Mariae de Portiuncula, sive de Angelis apud Assissum, dicti ordinis Minorum, & prout illam dicta die Ecclesiam visitantes lucrantur. Quodque dicendo alia quinque Pater noster & Ave Maria cum Glorio Patri in fine cuiuslibet Pater noster & Ave Maria, quotidie pro eadem intentione haberent ipsi Fratres stationes urbis, subiungendo unum Pater noster & Ave Maria, pro intentione Domini concedentes.

Additamenta.

193

lis, nec non pia mem. Pium P. 2. etiam Prede-  
cessorem nostrum, eisdem fratribus ultramonta-  
nis, ut septem Psalmos Pénitentiales dicen-  
dum Litanij, visitando loca per eos in eorum  
Ecclesij ad hoc deputata, Indulgentias statio-  
num urbis consequerentur, indulisse, ipsisque  
fratribus roties quoties Cororam Dom. IESV,  
qua dicitur continere triginta tria Pater noster,  
& ut pie creditur, rotide Aue Maria, & de decē  
in decem vñ Pater noster dicere vult, plenaria ha-  
berent Indulgentiam, concessum fuisse afferatur.  
Et cum nos similes Indulgentias, ut praesertur,  
eisdem fratribus concessas, praesatis Monialibus  
S. Clara concesserimus, sic vobis omnibus & sin-  
gulis, nunc & pro tempore, ac ubique existenti-  
bus, easdem Indulgentias, videlicet Ecclesiam S.  
Mariae Portiunculae, sive de Angelis in Assilio se-  
cundi diei Augusti visitantibus & quinque Pa-  
ter & Aue Maria, cum Gloria Patri, coram  
Sacramento Altaris, pro quotidianis stationibus  
urbis lucrandis, recitantibus, & Psalmis peni-  
tentibus pro stationibus urbis obtinendis, re-  
citandes, & coronas D. IESV & B. Marie V. ad  
consequendam plenariam Indulgentiam, que  
etiam recitantibus ipsis Monialibus S. Clara per  
nos, licet sorte minus clare concessa exitit, &  
qua eis fuisse concessam verè declaramus, auto-  
ritate Apostolica, tenore presentiū perpetuò con-  
cedimus & elargimur pariter &c. Easdē & ali-

N 2

25

as plures Indulgentias ibidem extendit etiam ad FF. Minores de obseruantia, illas porrò non esse reuocatas, sed amplius confirmatas à Paulo 5. & Vrbano 5. attestatur P. Antonius Maria aliquoties in suo libello de Indulgentijs.

LXXXIX. Ad n. 230. lin. 12. post verba: *Idem Iuris est.*  
*Altaria priuilegiata pro animabus quando plura pos-*  
*sint esse in una Ecclesia.* Deleantur, que ibi sequuntur usque in finem illius numeri, & pro ijs substituantur ista: Docet Steenius p. 1. summ. Iur. Canon. tit. 15. §. 15. dub. 9. Eiusdem generis & valoris in eadem Ecclesia Indulgentias esse simul non posse, Imo dubium esse, an nondum elapsi septennio, impetrari renouatio possit. P. Gobat in Thesauro indulg. n. 529. refert testip-  
 tum cuiusdam D. Nuncij Apost. qui ad hoc responderit, posse in eadem Ecclesia, praeter vnum Altare priuilegium pro animabus generatim esse plura alia pro animabus è varijs Confraternitatibus Defunctorum. Illud in casu nostro nullam videtur habere difficultatem, dum Pontifex hoc solum excipiat, si altare matus simili ad prasens priuilegio minimè decoratum sit, de alijs nihil dicit, vt quidem facit in eo Breui quod ex-  
 plicat P. Gobat in Alphab. Sacrif. n. 32. ex-  
 presse nominas Ecclesiam, in qua aliud Altare priuilegium non reperiatur erectum &c. Pos-  
 fet proinde priuilegium istud Alexandri 7.  
 & Pauli 5.

simul & alterum Pauli s. applicari diversis  
altaribus etiam eiusdem Ecclesiae, cum treu-  
trum Breue, priuilegium sic ad vnum alta-  
re restringat, vt excludat aliud. Si tamen  
Paulinum altari maiori iam applicatum es-  
set, Alexandrinum amplius locum non ha-  
beret, obstante tam expresa limitatione: si  
altare maius simili ad præsens priuilegio minime  
decoratum sit &c. quanquam ceteroqui duo  
ista priuilegia in omnibus non conueniant,  
cum simile dicatur etiam id, quod etsi in  
aliquo differentiam habeat, in pluribus ta-  
men tenet conuenientiam, vt ex Baldo tra-  
dit Barbos. de dictio[n]e. tit. 367. n. 4. Conve-  
niunt autem in hoc, quod est potissimum,  
liberandi animam cuiusque fidelis è Purga-  
torio: etsi Paulus s. id concedat generali-  
ter absque vlla limitatione temporis, loci  
&c. prout fuit Alexander 7.

*XCI.*  
*Ad n. 225.* Quantum ad Indulgencias  
Portiunculae, eas extendendas esse non ad  
nostrorum Conuentuum Ecclesias tantum,  
verum etiam nostrorum hospitiorum Sa-  
cella, declaratum habetur in Capit. Gen.  
1650.

*Ad n. 229.* Adde Decisionem Capit.  
Gen. 1634. ad altaris priuilegiati beneficio  
perfruendum sufficere, vt in conventu sint  
septem Sacerdotes ex maiori parte.

N<sub>3</sub> . . . . . Ad n.

*Ad n. 235. Filiationes Religionis posse absente P. Provinciali dati à P. Vicario Provincie, decisum in Capit. Gen. 1637.*

### Irregularitas.

92. *Potestas dispensandi nostrorum Confessariorum erga facultates.*

93. *Prælatorum respectu subditorum.*

**A**d n. 247. lin. 13. Irregularitatē quintæ speciei incurrit, &c. Corrige: Irregularitatē secūdi generis incurrit, de qua n. 250. vers. Primum delictum. Eodem tit. n. 260. vers. Refert etiam. Verba propria priuilegij illius septentrionalis sunt: Greg. 13. 2. Sept. Anno 1580. concessit, ut possint nostri rehabilitare ab omni genere irregularitatis, præterquā qua per homicidium & bigamiam, aut mutationem, & defectum natalium contracta sit. Ne ius huius &c. vt in ipsa Sumula. Sitne priuilegiū istud scriptū, seu non scriptū, siue viuæ vocis oraculū, nulla huius sit mentio. Esto autē tale sit, videre poteris, qua dicta sunt de

### XCI.

*Potestas  
dispensan-  
dis nos-  
trorum Con-  
fessorum  
erga facul-  
tates.*

Confessarios nostros posse dispensare suos Pænitentes facultates super omnem Irregularitatem siue à Iure siue ab homine dispensabilem ab Episcopo, resolutum fuit in Capit. Gen. 1656. Item quod hoc possint fratres

tres circa suos Pænitentes, de quo vide V. Ab-solutio quoad FF. n. 21. Ferè omnes Prælatos omnium Religionum posse dispensare super qualibet Irregularitate sui Monasterij, ex- cepta illa, quæ nascitur ex homicidio voluntario, & bigamia, non quidem iure com-muni, sed priuilegio concessò specialiter eis, vel generaliter communicando illis priuile-gia omnia, omnibus alijs concessa, tradit Canonista celeberrimus Nauatrus in Manu-ali c. 27. n. 254. Causas excusantes ab incur-su Irregularitatis ex delicto habes V. Penar. n. 361.

XCIII.  
Prælate-  
rum respe-  
ctu subdit  
orum.

## Matrimonium.

94. Regulares in quibus impedimentis dispen-sare possint.

**A**D n. 288. vers. afferunt. Multum torquet Priuilegium istud Leon. 10. Auctores, Cotonius celebr. Controu. lib. 4. contr. 8. c. 3. n. 143. dicit esse suspectum Diana & merito, quia haec facultas, inquit, est adeò exorbitans, ut Pontifices ipsi in hoc gradu nunquam dispen-sent, vix in primo secundo, & fauente bona fide, saltem viuus contrahentis. Imò nec in hoc dispen-sare voluit Innocentius 10. Ego quidem inuenio idem ex eodem Roffensis citari apud Sanch. l. 8 de Matr. disp. 6. n. 28. sed citari etiam Rodrig. to.

XCIV.  
Regulares  
in quibus  
imped-  
mētis di-  
spensare  
possint.

N 4

3. qq.

3. qq. Reg. q. 2. a. 2. dicentem, hoc priuilegium concessum fuisse pro vno solo actu & non esse in vsu Henriq. verò l. 12. c. 3. n. 3. eo aliud non cōcedi, quām ut dispensent cum incestuo ad debitum, ita ille. Verū sicut P. Chassainum non terruit interpretatio Rodriq. ita neque Aluisetum Dianaæ auctoritas. Cum Diana, inquit Aluis. de Priuil. Regul. S. 3. c. 13. n. 5. sola sui nominis auctoritate videretur velle tollere facultatem Leon. 10. dispensandi cum illis, qui in gradu affinitatis contraxerunt, &c. Non dubitabo ego longè alterius nominis & auctoritatis Rossensem sequi, seu in illo adstruendo, seu usum licitum defendendo. Ibidem n. 5. probabiliter, ait, sustineri posse Regulares absoluere & dispensare in omnibus (etiam Matrimonialibus) in quibus permititur Episcopis. Cautelam circa hoc vide V. Matrimon. n. 285.

### Missa.

95. De quolibet Sancto in Martyrologio nominatim posito Missa votiva eo die, quo est descriptus, celebrari potest.
96. Quando dua Missa in Conventibus dicenda, sicut in Ecclesijs Collegiatis.
97. Una Missa quando dicenda sub peccato mortali in Ecclesijs Regularium, qualis, & quando mutari possit.

98.

98. *Missa conuentualis apud nos Capucinos  
pro quibus applicanda.*
99. *Missa brevis exposicio, vti & vestium.*
100. *Valor seu fructus Missæ est triplex. Gene-  
ralis, medius, specialissimus.*
101. *Sacerdos vnicā Missā non potest satisfa-  
cer duobus.*
102. *An subditi applicatio sit valida contra  
Superioris voluntatem.*
103. *Promissio Missæ offerendæ quantum ob-  
liget.*

**M**issam dici non posse nisi de Sancto, strictim accepto nomine, hoc est, canonizato ab Ecclesia seu per immemorabile tempus habito pro Sancto, (quo illi tantum publicus & vniuersaliter conceditur cultus) ex Gl. in e. Vnic. de Reliq. & Ven. SS. in 6. tradit Gauant. in Rubr. Breuiar. Sec. 1. c. 5. tit. 2. n. 12. negans proinde id fieri posse vniuersim de his, qui habentur in Martyrologio, quod plures inter illos recenseantur, qui tamen in rigore Sancti non sint sine canonizati. Contra quem cum Quintanadu. relat. à P. Gobat in Alphabeto Sacrif. casu. 20. n. 342. ex Bellarm. l. 1. de Sanct. Beat. c. 7. teneat SS. omnes, quorum nomina exprimuntur in Martyrologio Romano esse vere canonizatos, vel à Papa vel ab Episcopis,

N*s*

con-

XCV.

*Missa Gom-**missa de**omnibus**sanctis in**Martyro-**logio 2. p-**ro 2. p-**2. p-*

cōsequēter infert posse quemuis Missam v-

tiuā pro singulis legere, & quidēm ipso die,

quo describuntur in Martyrologio, nisi

fortè tunc occurrat festum duplex.

XCVI.  
Quando  
dua Mis-  
sa decen-  
da in Cō-  
genibus  
sicut in  
Ecclesijs  
collegia-  
tis.

Circa Missæ celebrationem quot modis  
peccari contingat, cum exactè pertractet  
Gauantus in Commentario Missalis, eius  
Abbreuiator Claudio Arnand, & recen-  
tiores alij, ijs idē suppositis resolutionem  
duntaxat vnam vel alteram addo, quæ Re-  
gulares proximè concernunt. Ut 1. Rubri-  
cam illam ( quam sub mortali seruandam  
prætendit Gauantus p. 3. tit. II. n. 7.) in serijs  
Quadragesimæ, Quatuor temporū & Vigiliarū,  
si duplex aut semiduplex festum, vel dies octaua  
occurrat, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegia-  
tis cantantur duæ Missæ &c. Regulares non  
comprehendere vtpotè distinctas ab illis.  
Clem. I. de Celebr. Miss. §. Ne igitur, In qua Ec-  
clesiæ Cathedrales, Regulares & Collegia-  
tæ ponuntur tanquam membra distincta.  
Ex quo Peyrin. in addit. ad Constat. Pyrrhi. c. I.  
n. 20. deducit, sufficere quodd in Ecclesijs  
Regularium dictis diebus dicitur vna Mis-  
sa de Sancto, vel de feria cum commemo-  
ratione alterius, præsertim si in ijs non sint  
ad minus decem Sacerdotes. Si autem sint  
ibi decem Sacerdotes, & consuetudo sit di-  
cendi duas Missas, cum sit conformis Missa-  
li &

li & laudabilis, omnino seruandam esse. 2.  
 In dictis Ecclesijs Regularium, vbi adsunt  
 ad minus tres Sacerdotes, quotidie est cele-  
 branda Missa sub mortali, nec possunt fra-  
 tres vnius Conuentus omnes uno die ire ad  
 dicendas Missas extra suam Ecclesiam, pro-  
 priâ Ecclesiâ sine Missa, relicta. Idem post  
 Soar. Henr. Rodriq. & alios. 3. Dicta caro mer-  
 Missa debet sub eodem peccato correspon-  
 dere officio. Idem. Adiungit autem ex Cor-  
 duba & Rodriq posse dictam Missam omit-  
 ti propter aliquam rationem v. g. si sit cele-  
 brandum pro defuncto in die depositionis  
 suæ, vel ex tribus Sacerdotibus vñus eo die  
 celebrare non possit. 4. Quanquam ex pro-  
 babili sententiâ, quam post Peyr. & Dia-  
 nam sequuntur Bassæus V. Missa. 3. n. II. &  
 Chassain. de Priuil. p. 2. tr. 8. c. 1. prop. 1.  
 Missa Conuentualis posset applicari, pro  
 quocunque voluerit Prælatus, cum nec Ius  
 Diuinum, nec Ecclesia id præcipiat, secus ta-  
 men est in nostra Capucinorum Congrega-  
 tione propter ordinationem Gen. Capit. An: XCVIII.  
 1613. ut Missa Conuentualis applicetur semper  
 pro Vniuersis fratribus & Benefactoribus, tam  
 viuis quam defunctis, nullatenus vero pro ali-  
 quo particulari absque necessitate. Ad hæc Ec-  
 clesiæ nostræ esse quasi collegias, ac tales esse  
 censendas in ordine ad Rubricas Missalis, ideo-  
 quæ dæ.

que conueniens esse, ut Missa celebrentur secundum Rubricarum Statuta, decisum est Anno  
1637.

Indignum valde est Sacerdote, permaxime autem Regulari, qui frequenter adeo, vel etiam ad exemplum S. Andreæ Apostoli, omnipotenti Deo, qui unus & verus est, immolat quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, sacrificium maximæ dignitatis, tum ratione rei oblatæ, quæ est infinitæ dignitatis, tum ratione modi offerendi in se, qui est maximè supernaturalis ac diuinus: si mysteriorum huius sacrificij modicam aut nullam callet notitiam. Ut mirum non sit, si propter ignorantiam tales tepidæ ac remissa voluntate rem tantam tractando exiguum inde fructum reportemus, atque ut S. Bonaventura loquitur opusc. de prepar. ad Missam e. 14. Ignem ponamus in sinum & non sentiamus calorem, mel in ore & nullam percipiamus dulcedinem, aut quod peius est, quod talibus pastitalia perceperimus, lupi siamus agnum comedentes, & tanquam oues pasti more leonum diripiamus, quod arguit S. Ioan. Chrysost. hom. 60. ad Popul. Antioch. eo quod fastidiosi & ex mera consuetudine mensam istam accedamus (ut ait S. Gregorius Papa hom. 36. in Evang.) nescientes quid

XCIX.  
Missa brevis expositorum festorum &c.

quid desiderare debeamus. Quis enim amare valeat, quod ignorat? Hanc ignorantiam atque temporem cum inexcusabiles faciat talia librorum tam antiquorum quam recentiorum copia, commendabiles tamen in primis sunt, qui hunc in finem à Sacrificantibus continuo terantur & re ipsa exerceantur tractatus tres S. Bonaventura to. 7. parte 3. scilicet de Præparatione ad Missam. De Instructione Sacerdotis ad se præparandum ad celebrandam Missam. Et quod inscribitur Opusc. Expositio Missæ. Qualis etiam habetur apud Richardum de Median. 4. d. 13. Quæsto principali. 4. q. 4. quam propter breuitatem & accuratum exponendi modum huc referre, non ingratum Lectori fore, iudico. Est autem talis;

Illa, quæ requiruntur ad celebrationem Missæ, repræsentant nostra Redemptionis Mysterium; quod in Incarnatione fuit inchoatum: in Nativitate & prædicatione promotorum; in Passione compleatum: in Resurrectione declaratum: & ideo quædam repræsentant pertinencia ad Incarnationem; quædam ad Nativitatem, quædam ad Christi prædicationem; quædam pertinencia ad Passionem; quædam ad Resurrectionem. Sacerdotis autem calceatio Incarnationis est repræsentatio. In Persona enim filii Dei dicitur in psalmo: In Iudumæam extendam calceamentum, id est, humanam naturam quæ

affut-

assumam. Vnde Sacerdos cum Christum repræsenteret, Missam nō debet dicere discaleatus. Amictus in capite repræsentat Diuinitatem amictum humanitatem: Caput enim Christi Deus est. Alba nouitatem vita significat, quā Christus habuit & docuit & tribuit in Baptismo. Zona Christi iustitiam, iuxta illud Ia. 11. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Manipulus positus in linea significat, quod Christus in via brautum obtinebat; per manipulum enim brautum designatur, iuxta illud psal. venient cum exultatione portantes manipulos suos. Per leuam vita praesens intelligitur. Stola, qua collo Sacerdotis incubabit, obediētia significat: quā Christus propter salutē humani generis subiit factus obediens usq; ad mortem. Calula, qua alijs vestimentis supponitur, Christi charitatem significat, qua omnes alias virtutes excellit. Introitus Sacerdotis ad altare aduentum Christi significat: & introitus Missæ desiderium aduentū eius significat, & ideo in Missa solenni non debet intrare Sacerdos quo usque incepit sit introitus Missæ: quia antea fuit Christus desideratus quam venire: & quia in aduentu Christi fuit tempus misericordia, ideo post introitum subiungit Kyrie eleison, quod interpretatur Domine miserere: quod nouies dicitur computando ter quod dicitur Christi eleison, ut per misericordiam Christi nouem associemur ordinibus Angelorum. Post hoc subiungit:

jungit: Gloria in excelsis Deo: ad represen-  
tandum hymnum, quem Angeli Pastoribus nato  
Domino cecinerunt: quem Sacerdos inchoat,  
quia angelum magni consilij representat, & cho-  
rus concinendo prosequitur: quia subiurò facta fuit  
cum Angelo multitudo militiae cælestis lau-  
dantiū & dicentiū, &c. Orationes autem qua  
subsequuntur, representant orationes quas Chri-  
stus post suā Nativitatē fecit pro populo. Epistola,  
qua præmittitur Evangelio, legem significat, quæ  
gratiā præcurrit, seu præcursoris Christi præ-  
dicationem. Graduale lamentum pénitentia  
significat, quia Iohannes pénitentiam prædicabat;  
& quia post luctum sequitur consolatio, iuxta il-  
lud Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi  
consolabuntur: ideo post Graduale canitur al-  
leluia, quod significat ineffabile gaudium Ange-  
lorum & hominum in aeterna felicitate D:um  
laudantium. Diaconus suscipiens codicem Eu-  
angelij benedictionem à Sacerdote postularat, ad sig-  
nificantum, quod nullus dicitur prædicare, nisi  
mittatur. Evangelij enim lectio prædicatio-  
nem significat, & dicitur legi in loco magis emi-  
nenti quam Epistola, iuxta illud: Super monte  
excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon:  
& ad designandum excellentiam legis gratia su-  
per legem scriptam: & hæc legens Euangelium  
faciem versam ad Aquilonem ad significantum  
prædicationem Christi esse contra illum, qui di-

xii:

xii; Ponam sedem meam ad Aquilonem, &  
ero similis Altissimo. Et quia corde creditur  
ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-  
tem: ut ostendat Ecclesia, quod qui Euangeli  
verbum corde recipit, mox post Euangeliū fidei  
symbolum ore decantat, quod tamen sacerdos  
incipit, ut significet, quod Christus ore proprio  
Christianam fidem docuit. Offertorium, quod  
cantatur, significat Sacerdotem oblatum sacri-  
ficiū laudis, qui antequām ducat: Oremus,  
premutur: Dominus vobiscum, ad significan-  
dum; quia n̄s Dominus si nobiscum ad salutē  
nostrā orare non possumus. Silentium autem  
quod sequitur, repräsentat illud tempus, quo  
Christus non ambulabat palam inter Iudeos, cum  
eum interficere cogitarent: quia tamē appro-  
pinquante die Passionis Iesus iterum in publicum  
ambulanit, ad hoc significandum exclamat Sa-  
cerdos: Per omnia īcula saeculū. Præfatio  
autē est quadam gratiarum actio & diuina lau-  
dis confessio repräsentans illam gratiarum actio-  
nem, quam Sancti reddunt Christo in celo, &  
laudem qua laudatus fuit in conuiuio, in quo  
Maria vnxit eum vnguento. Sanctus, repre-  
sentat laudem, quam sibi cœcinerunt pueri Hebrae-  
orum Dominica in ramis palmarum ad significan-  
dum auiem quod Pater tradidit Christum morti  
ex dono, id est, ex mera gratia. Iudas pro mune-  
re pecuniae, & quod ipse Christus fuit sacrificium  
illæ.

illibatum: Sacerdos facit tres Cruces super obla-  
ta, vnam cum dicit: hæc dona, aliam cum di-  
cit: hæc munera, aliam cum dicit: hæc sancta  
sacrificia illibata; & quia illa venditio fuit  
maledicta, proscripta, irrationabilis & detes-  
tabilis, ad hoc significandum dicit Sacerdos in Ca-  
none: hanc oblationem facere digneris be-  
nedictam, adscriptam, ratam, rationabilem  
& acceptabilem. De consecratione Corporis &  
Sanguinis superiorius satis dictum est. Eleuatio  
Corporis Christi representat eleuationem Christi  
in Cruce; demissio; depositionem eius de Cruce;  
positio super pallam; inuolutionem eius in syndo-  
ne munda, palla enim syndonem repreſentat; &  
ideo dicitur de Consecr. d. I. Consulto consti-  
tuimus, ut Sacrificium Altaris non in serico  
panino aut intincto quisquam celebrare præ-  
sumat, sed in puro linteo ab Episcopo con-  
secrato terreno, id est, lino precreato atque  
contexto, sicut Corpus Domini nostri Iesu  
Christi in syndone linea munda sepultum  
fuit. Cum autem Sacerdos dicit: Nobis quo-  
que peccatoribus, repreſentat contritionem &  
confessionem latronis alterum increpantis & di-  
centis: Nos quidem digna factis recipimus  
&c. & misericordiam petentis, etiam quod Cen-  
turius, & qui cum eo erant, reuertebantur percu-  
tientes pectora sua. Exclamatio autem Sacerdotis  
voce clara: Pater noster qui es in cælis; est re-  
O ductio

duō ad memoriam illius clamoris, quem emisit Christus in hora mortis dicens: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Altare crucem significat; Calix Sepulchrū: Patena lapidem, quo sepulchrum fuit clausum. Cum autem dicit Sacerdos: Pax Domini sit semper vobiscum; insinuat quod vna Sabbatorum stetit Iesus in medio Discipulorum, & dixit eis: Pax vobis; & quia tunc eis dedit potestatem remitti de peccata, & ideo chorus exclamat: Agnus Dei qui tollis peccata mundi &c. quod ter repetitur ad significandum quod perimus nobis remitti peccata cogitationis, locutionis, & operationis, per quorum remissionem veniemus ad eternam pacem. Representatio ergo qua est per cantum: Agnus Dei, pertinet ad Resurrectionis gaudium, Post communionem etiam Apostolorum gaudium de Christi Resurrectione significat. Ite missa est; representat illud quod dictum est Discipulis statim post Ascensionem Christi in celum: scilicet, hic Iesus qui assumptus est a vobis in celum &c. Chorus autem responderet: Deo gratias, representat Apostolorum regressos in Ierusalem cum gaudio magno unanimiter perseverantes in Oratione, & quod pro beneficio Redemptionis nostre, cuius mysterium, ut dictum est, representatur in Missa, debemus esse in continua gratiarum oratione.

Hic

Hic nota communem doctrinam de tripli valore seu fructu Missæ. Primus dicitur Generalis, quem Ecclesia intendit applicari, quibuscumque fidelibus, tam viuis quam defunctis, siue præsentes sint, siue absentes. Alter est *specialis* & proprius ipsius Sacerdotis. Tertius est *medius*, quem alij vocant specialem, qui competit ijs, pro quibus Sacerdos intendit Sacrificium specialiter offerre & applicare iuxta praxim Ecclesiæ. Valor primus, et si, quatenus continet Christum, sit infiniti valoris, quatenus tamen offertur a Sacerdote, intensius simpliciter finitus est, maior vel minor iuxta Christi determinationem, Intentionem Ecclesiæ, & propriam cuiusque cooperationem ad Sacrificium. Dico, intensius; nam extensius manet infinitus, hoc est, non tot prodest, quin possit prodere pluribus; ne sequatur Christianos detrimentum pati ex generali applicatione sacrificij, crescente Christianorum numero, quibus Ecclesia intendit sacrificium secundum ipsum generalem valorem applicari. Valor *specialis* seu *medius*, est simpliciter finitus, tam quoad meritum, quam satisfactionem, correspondens oblationi Sacerdotis, quem potest applicare tam sibi quam alijs, qui si pluribus applicetur, diuiditur in singulos, secundum proportionem determinatam.

Oz

mata m

C.  
Valor seu  
fructus  
Missa triplex.

Generis  
læ.

Medius.

natam à Christo. Præciso merito & satisfactione dici potest infiniti valoris quoad imprestationem, quatenus Deus intuitu Sacrificij, potest plura & plura concedere, non tam vni, quam pluribus, cum imprestatio innatur solum Diuinæ Misericordiæ. Respectu quoque offerentium, sacrificiū videatur esse valoris infiniti syncathegorematice & extensiū, ita ut non minuatur quatenus cum Sacerdote offerunt & suo modo concurrunt ad oblationem & sacrificium plures & plures in infinitum. Similiter valor, quem alij vocant specialissimum, qui Sacerdoti offerenti competit, finitus & limitatus est, alteri neutiquam applicabilis, cum talis effectus ex opere operantis sit beneficium proprium & personale, quod in alterum transferri nequit, & ideo Sacerdos satisfacere minimè potest vnica Missâ duobus, applicando vni valorem medium, alteri specialem, qui sibi competit, eaque propter duplē accipere eleemosynam seu stipendium, de quo extat Decretum Urbani 8. de Cœlebrat. Missâ.

*Specialissimus.*

**CI.**  
Sacerdos  
vnica Mis-  
sa non po-  
test satis-  
facere duo-  
bus.

**CII.**  
Ansibdi-  
ti appli-  
catio sit  
Valid a cō-  
tra Supe-  
rioris So-  
luntatem  
a Zito

Petes, si Sacerdos subditus cōtra Superioris voluntatē, alteri suam Missam applicet, applicatio sit valida? Multi negant, verosimilius alij affirmant, tametsi subditus contra obedientiam faciat, cum tota applicatio, sic

cut & consecratio pendeat ex libera cele-  
brantis intentione, ut pluribus allegatis  
docet P. Gesuald. *Theol. Mor. de Missa Sacri-  
ficio. tr. 1. c. 4. n. 41.*

Petes iterum; an quando quis absque sti-  
pendio promittit alicui Missam se pro illo  
oblaturum, teneatur eam offerre? Diana  
cum alijs multis *tr. 17. Res. 9.* vt refert Pey-  
rin, in *Addit. ad Constit. Pyrrhi n. 28.* negat  
teneri nisi ex quadam decentia, etiam si quis  
promittendo habuerit animum sese obli-  
gandi, quod omissione Sacri ex liberalitate  
promissi, non sit in genere damnorum spi-  
ritualium, quod possit constituere pecca-  
tum mortale. Si tamen promittat Sacrum ad  
soluendum gratitudinis debitum, putat  
Trinarchi, ibid. relatus, quod celebrare  
teneatur, nam tunc Iustitiae & naturalis de-  
biti est talis promissio, non simplicis libera-  
litatis.

## CIII.

*Promissio  
Missa of-  
ferenda  
quoniam  
obliget.*

*Nouitius.*

104. *Visitator Prouinciae ex commissione Pro-  
vincialis, quando posse Nouitios re-  
cipere.*
105. *Habitu donatus sine Provincialis ordine  
non gaudet tempore in Nouitatu  
transacto.*

O 3

106. Quo-

106. Quomodo cum Nouitio actu qui in alia Prouincia fuit Nouitius procedendum.

## CIV.

*Visitator  
Prouinciae  
ex commis-  
sione  
Prouincialis  
alii quā-  
do posse  
Nouitios  
recipere.*

## CV.

*Habens  
donatus  
sine Pro-  
vinciali  
ordine nō  
gaudet  
tempore  
in Noui-  
tia uerā-  
facto.*

## CVI.

*Quomodo  
ad n. 310.  
ex Rodriq.  
to. 3. qq.  
Reg. q. 17. 4. 12.*

**A**d n. 313. Declarauit Capitulum Gen. An. 1656. Visitatorem Prouinciae ex commissione Provincialis, his verbis: Do tibi omnem potestatem; non posse tamen recipere Nouitios, nisi ex commissione aliter posse colligi.

Ad n. 317. Ad Ordinem si quis acceptatus fuit & Religionis habitu induitus ab aliquo Magistro Nouitorum, putante litteras oblatas à

recipiendo, satis ostendere Provincialis ordinem; adueniente Provinciali, qui hoc non intendebat, esse ei Nouitius placeat & ratificet factum, tempore tamen iam transacto in Nouitatu gaudere non potest, sed in ipso ratificationis Provincialis instanti incipit annus Probationis. Tunc enim incepit, quando Nouitius induitur ab habente facultatem. Decisum in Cap. Gen. An. 1637.

*ex Rodriq. to. 3. qq. Reg. q. 17. 4. 12.*  
Ad n. 318. Si Nouitius qui in aliqua Prouincium Nouitio qui in alia Prouincia fuisse Nouitius, non debet habitu Religionis statim exui, sed inquire, quanam ex fuit Nouitius pro- causa de Nouitatu abierit. Decis. An. 1643. De hoc vide Constit. c. 2, condit. 6. sedendū.

## Officium Diuinum.

107. Laus & ueritas Psalmodie.

108. Eius

108. Eius origo.  
 109. Quale officium diuinum à Religiosis di-  
       cendum maximè à filijs S. P. N. Fran-  
       cisci.  
 110. Cantus Capucinorum flebilis.  
 111. Capucinorum Congregatio quotidie reci-  
       tat Officium B. V. MARIAE.  
 112. Vsus hic obseruandus, qui miraculis com-  
       probatur.

**R**eligiosi, scut à Religione statum, of-  
 ficiū & appellationem habent, Cul-  
 tui Diuino cæteris Christianis aetius obli-  
 gati per votū peculiare; ita Psalmodia, in  
 quam, Religionis, omnium virtutum mor-  
 talium præstantissimæ actiones, tam inte-  
 riores, scilicet Oratio ac Deuotio, quām  
 exteriores, nempè adoratio, sacrificium,  
 votum, juramentum, adiuratio, laus seu  
 cantus, simul omnes vñā cōcurrunt, semper  
 adeò fuerunt addicti, vt illi potiores diei  
 noctisque portiones impenderent. Quām  
 in vsu fuerit antiquis Anachoretis, liquet  
 ex responso Arsenij, cuidam Iuueni Mona-  
 cho, dato ( cuius meminit P. Chassa, Reg.  
 Priuil. p. 2. tr. 8. c. 4. prop. 3. ) Continuis, ait,  
 42. annis in hoc eremitorio vitam duxi, in quo  
 non vidi Monachum, nequidem bucellari an-  
 dentem eā die comedere, qui choro cantandis  
 psalmis non interfuerat. Distinctius nos do-

CVII.  
 Læsus &  
 Solitaria  
 Psalmos  
 dura.

Q 4

cet

cet S. Basilius M. singularis quoque Religionis Institutior sanctissimus, quem, quia specificè rationem horarum canonicarum nostris adhuc temporibus usitatam enarrat, audire non pigeat. Sic ergo loquitur in Regulis suis disputatis:

Quanquam assidue, atque adeò omnibus momentis adhiberi oportere gratiarum actionem, & lex ipsa praecepit, & eam vita nostra necessariam esse, cum natura, cum ratione docuimus, non propterea tamen illa statim temporibus prescripta orationes negligenda veniunt, quas obseruari in Conuentibus solenne est & quotidium. Siquidem ea de re à nobis necessario huiusmodi tempora delecta sunt, quod in eorum singulis, peculiaris quadam Dei in nos beneficiorū est commemoratio. Ac Matutinū quidē, ut primi animi ac mentis nostra motus convergentur Deo; neque ullius rei cura ante aditum ad nos demus, quam nos in cogitatione de Deo oblectauerimus, sicut scriptum est psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. Neque corpus prius ad functionem muneris alicuius moueamus, quam illud fecerimus, quod dictum est psal. 5. Orabo ad te Dominē; mane axaudies vocem meam, Mane adstabō tibi. Tertia vero hora, ut in ea adorationem surgatur, fratresque omnes in unum congregentur, licet in diversis locis, alijs in alijs operibus

sint

sint occupati; idque eā re, vt admoniti doni spiritus, quod circiter hanc ipsam horam Apostolis datum fuit, vno eodemque animo cuncti illum venerentur, ab eoque perant, vt & ipsi digni sint, qui sanctificationem suscipiant: simulque ut salutaris sibi doctrina & recti itineris dux esse, & auctor velit, illumque imitantes, qui dixis ps. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne projicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmame. Et alio in loco psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, atque ita denud ad intermissa opera redeatur. Quod si fors aliquos, vel propter operum, vel propter locorum naturam et tempore abesse longius contigerit, quam ut vnam cum reliquis praefeo esse possint, iū ubiunque fuerint, ea necessariō ibi exequi debent, quae communiter statuta sunt, nihil hesitantes omnino. Quia vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, inquit Dominus Matth. 18. ibi in medio eorum sum. Porro Sexta hora, Sanctorum exemplo, necessariam esse orationem iudicauimus, apud quos est psal. 54. Vesperē & manē & meridie narrabo & annunciarō & exaudiēt vocem meam; In qua quidem ut liberemur ab incursum & damonio meridiano, nonagesimus etiam psalmus

Os

mus

mus reciteatur. De Nona vero, quod dea ad orationem nobis necessaria sit, id Apostoli ipsi declarauerunt in actis, in quibus est, quod Petrus & Ioannes ascenderant in templum ad horam orationis nonam. Completo, verò iam die, pro ijs omnibus, qua in eo data nobis fuerint, feliciterue nobis euenerint, gratiarum actio succedat; eorumque quæ vel per consensum, aut secùs contra animi sententiam prætermissa sint, confessio; ac sicubi latens delictum aliquod admissum fuerit verbis operibüsue, aut etiam corde, pro his omnibus oratione adhibitā veniam nobis à Deo comprecabimur. Siquidem ad similia peccata iterum existanda, valde vitilis est præteriorum consideratio. Idcirco David dicit psal. 90. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Tam autem primis iam se noctis intendentibus tenebris, sequetur petitio, vt quies, quam sumus capturi, inoffensa, & ab omni perturbatione ac vizio libera sit. qua hora etiam necessario nonagesimus recitari psalmus deberet. De tempore autem dimidia noctis quod id ad orationem necessarium sit, traditū nobis est à Paulo & Silas in actis. Scriptum est enim sic: Circiter autem medium noctem Paulus & Silas laudabant Deum. Atque hoc quidem etiam Conecentor psalmorum confirmat, sic dicens psal. 118. Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificatio-  
 nis

istuæ. Post anteuerendum diluculum est & orationem surgendum, cauendumque ne dies os in lectulo dormientes opprimat; & ille imindus, qui dixit: Präuenirunt oculi mei diculum, ut mèditarer eloquia tua. Porro ex omnibus, quæ diximus, statim temporibus, nullum ab ijs pratermitti debet, quorum vita & roposum est, ut quæ acturi sunt, omnia ad laudem Dei & Christi eius referant. Atque ut ille tiam, meo quidem iudicio, hac in orationibus & psalmorum decantationibus, quæ certis temporibus sunt, diuersitas est atque varietas, ob eam quod in perpetua similitudine & equalitate rerum, animo, nescio quo modo, torpedo illius quadam plerunque oboritur atque tedium, eaque realiud agens, ad futilis & vagas cogitationes aberrat: In vicissitudine autem varietateq; cum psalmodia, tum singularium horarum orationis & studium ipsum renouatur, & attentio instauratur.

Psalmodie originem memorat Socrates lib. 6. c. 36. in hislo, Tripart. l. 10. c. 9. his verbis: Diuidendum autem & hoc, vnde consuetudo responsiorum hymnorum, in Ecclesia, initium capit. Ignatius Anthiochiae Syria tertius ab Apostolo Petro Episcopus, vna cum Apostolis aliquando conuersatus, visionem Angelorum per reponsorios hymnos S. Triadem laudantium vidit, & modum visionis Anthiochienæ Ecclesia tradidit: vnde

CVIII.

Eius oratio.

CIX.

*Quale of-  
ficiū di-  
uinum à  
Religiosis  
dicendū  
maxime  
à filijs  
S. P. N.  
Frācis.*

vnde & ad omnes Ecclesias ista traditio manauit  
Hac ille. Hinc ergo ad omnes Ecclesia-  
psallendi ritus transiit, non tamen sine va-  
rietate, cum singulæ pro sua deuotione ve-  
libitu diuinum officium ordinarent, adden-  
do, immutando, &c. donec Tridentinum  
Concilium, decreto suo executioni, per Pi-  
um s. mandato, vniiformitatem in Psalmo-  
dia, & in diuinis officijs recitandis & agen-  
dis; non tamen in cantu, aut in cantando  
modo induxit. Religiosis, quorum Institu-  
tores similiter, pro suo quisque intento, of-  
ficia peculiaria præscriperant, inueteratum  
illud ( spacio 200. annorum ) Ius dicendi &  
psallēdi suum officium, eatenus permisit, ut  
liberum tamen ficeret, eo relicto, assumen-  
di. Romanum. Seraphicus Noster Patriar-  
cha statim ab initio fundatæ Religionis in  
Regulâ suis præcepit, vt faciant officiū Diui-  
num secundūm ordinem S. Romana ( vniuersalis )  
Ecclesie, excepto ( ait ) Psalterio. Eo quod in  
ipsa Romana Ecclesia Patriarchali S. Petri in  
Vaticano, alterius Interpretationis Psalterij  
v̄sus sit, nimirum 70. Interpretum, quod nō  
communicatur Ecclesijs alijs per orbem.  
Cur autem S. P. officium Romanum ele-  
git? Respōdet S. Bonavētura in c. 3. Reg. Quia  
optabat ( inquit ) S. Franciscus Romana Eccl-  
esiæ vestigij Religionem suam pro viribus copula-

re,

sciens eam immediate subesse eaelesti Curia,  
ab ipso Domino fuisse institutam, & à SS. Pa-  
ribus gubernatam, qui habentes sapientiam &  
discia mittere toti mundo: secundum tamen of-  
ficii illud prolixum laudauerunt altissimum  
70.

Ad Cantum quod attinet: Hunc, ait no-  
ter Annalista ad an: Christi 1529. n. 77. ex  
eretuſo Anachoretarum vſu, antiqui illi Reli-  
gionis noſtræ (Capucinorum) Patres, psallen-  
ū ritum haud immerito ſibi vendicare viſi ſunt,  
nihil humilis ac flebilis canus, qualis huic Reli-  
gionis ſtatus ſit; quam videlicet humilis, ac pœ-  
nitentia plenus, indicaret. Cum enim (teſte Hie-  
ronymo) Monachorum officium ſu, propria argu-  
alientia peccata plangere. Nobis, quibus plangen-  
tium munus incumbit, an non flebiles potius vo-  
tes depromere, quam latos concentus edere, con-  
tentaneum erit? Hęc P. Bouerius, qui porrò  
hunc psallendi modum, vniſonum, & can-  
tus expertem, olim Principia Ecclesiæ com-  
munem fuſſe probat ex S. Iſidor. de offic. lib.  
5.c. 5. Io. Caſſ. Inſtit. l. 2. c. 5. S. Aug. Con-  
fess. l. 10. c. 33. S. Iuſtin. Mart. q. 7. S. Io. Chrys.  
Pinc. 1. Tim. c. 4. & Hom. de mont. c. 5. Reuel. S.  
Brig. c. 6. Cui Psallendi modo non incon-  
uenienter accommodari potest, quod ſcri-  
bit Ammalarius de Eccles. offic. l. 3. c. 3. dum  
ſic fatur, Nostri Cantores non tenent Cymbala,  
neque

CX.  
Canus  
Capuci-  
norū fle-  
bilis.

neque lyram, neq; citharam manibus, neque cithara generā Musi orum; sed corde, quanto commatis est corpore, tanto deuotius exhibetur, quod per cor sit, quam per corpus. Ipsi Cantores sunt tuba, ipsi psalterium, ipsi Cithara, ipsi tympanum, ipsi Chorus, ipsi corda, ipsi Cymbalum, ipsi Cym bala &c.

CXI.  
Capuci nōrū Con gregatio quotidie recitat Officium B. V. Mæ riae.

Vsum habet nostra Capucinorum Congregatio, præter Diuinum officium ordinariū, recitandi quotidie Gloriosissimæ Cœlorum Reginæ Officium paruum, in honorem eiusdem, pientissimi Pontificis Pij, auctoritate ad finem Breuiarij Romani, & alias separatum editum; quæ deuotio ne per consuetudinem tepeſcat, sed magis magis que augeatur, subiecto hīc quæ Religiosissimus Cardinalis D. Petrus Damiani propteræ scribit lectu dignissima.

CXII.  
Ratio, cur id quot die recitandum, qui S̄us etiā minaculis comprobatur.

DE B. MARIAE VIRGINIS OFFICIO.

D. Petrus Damiani tom. I.

Epist. 29. Epist. 32. & Opus.

De Horis Canoniciis.

Cum in Psalmodia studijs, & diuinū laudia tibi bus te vigilanter exerceas, hortor Veneran-

Additamenta.

223

defrater & moneo, ut quotidianum quoque B.  
Mariae semper Virginis officium non omittas,  
Dignum quippe est, ut quæ laudum praconia me-  
retur ab Angelis, obsequijs etiam frequenterur  
humanis, eiisque post Deum, rotus Orbi exhibeat  
laudem, per quam suscepit propria salutis autho-  
rem. Optima sane spes est, apud eam habere con-  
sugum, quæ scilicet inter omnes coelestis curia  
Senatores, imperandi apud Deum primum obti-  
nere locum. Nempe Sororis meæ filius Damianus,  
religiosa videlicet Indolis adolescens, dum hac  
coram eo scriberem, rerulit, quod apud Gallias in  
litterarum studijs constitutus fama vulgante cog-  
nouit. Clericus quidam Neuernenensis Ecclesiæ mor-  
bo depresso elanguit, iam iamque superexcres-  
cente molestiâ, moribundus ad extrema peruenit,  
Hic plane regulam sibi sanctæ seruitutis indixerat,  
ut B. Dei Genitrici quotidiana per singulas horas  
laudum vota persolueret: cumq; de vita illius iam  
nemo panè considereret, & velut egressurus in eius  
pede spiritus anxie palpitaret, ecce gloria Mater  
Dei sibi visibiliter astitit, & sacri vberis  
papilla lac exprimens, eius labijs instillauit, &  
diuina virtutis antidoto protinus ille resumptis  
viribus ex infirmitate conualuit, & mox Cleri-  
calibus ornamenti indatus, Ecclesiam adiit, se-  
isque choro psallentium fratrum latus interse-  
rens, mirum videntibus spectaculum præbuit.  
Dicunt etiam quod adhuc tunc in labijs eius que-  
dam

224. *Additamenta.*

dam lactis videbantur vestigia. Quæ autem verba B. Virgo proculerit, quamvis mibi vicunque dicantur, quia certus non sum, non adhibeo fidem; quoniam in veritatis lineam vel leuiter impingere pertimesco: quamvis per hoc conget posse, quoniam yssdem labijs, quibus eam ille laudavit & coluit, gloria Virgo lac salutis immulsum: ut per illud corporis membrum, quo sibi venerabilis Clericus laudis obrulerat gloriam, congrua vieisitudine recuperanda salutis sua perciperet medicinam.

Dicam & aliud, quod in monasterio B. Virginij, non procul à monte qui dicitur Petra, pertusa, contigit. Statutum erat, atque iam per triennium ferè seruatum, ut cum horis canonici quotidiè B. Mariae semper Virginis officia dicarentur. Erat autem inter eos Gozo habitu Monachus, reproba quidem vita sed dicas & accurata facundia. Hic caput conqueri, scitis superque sufficere, quod S. præcipit Benedictus, ne noua adiunctionis pondus debere superponi, nec nos esse antiquis Patribus Sanctiores, qui videlicet hac superstitionis ac superuacua indicantes, psallendi nobis metam, omnemque viuendi regulam præfixerunt: hac sanè nos debere esse contentos, ne ab illa incautius declinantes, per anfractus & inuia ducamur erronei. Quid plura? Contra Reginam mundi præliari visus est & fecit: adhoc nimirum fratres versuta machinatione

Additamenta.

225

zione pellegrin, ut solitas B. Mariae laudes ulte-  
rius non offerrent. Sed o' Diuinum Iudicium à no-  
stra prauitatis intuitu non dormitans! Mox enim  
aduersus præfatum Monasterium tot aduersitä-  
rum grandines, tot vndique bellorum atque cō-  
flictuum exortæ sunt tempestates, ut ipsis quoti-  
die Monachis minaces gladij, necis exitium in-  
tentarent. Fiant vndique deprædationes, atque  
rapinae, conflagrantur cum segeribus areae, fami-  
liares ac servi sancti loci crudeliter trucidantur,  
& non iam imago mortis, sed mors ipsa grappa-  
tur: adeò ut ræderet iam Monachos viuere, dum  
nequaquam possent in procinctu certaminis, ami-  
cum quieti, sua professionis officium custodire. Nō  
paruis expensis ad Teutonum partes Imperator  
expetitur, pragmaticæ sanctiones cum signis Im-  
perialibus aduebuntur, sed tantundem est. In  
omnibus quippe studijs non fructus, sed labor su-  
peruacius. Vnde cum ego positione fratrum sæ-  
pè pulsarer, quatenus sequester accederem, & si  
possibile esset, pacis inter eos fædera continarem:  
hac rogantibus voce respondi: Christus, inquam,  
est Pax nostra, de quo etiam de Virgine recens  
nato, Angelicus dictum est Luc. 2. Gloria in ex-  
celsis Deo & in terra pax. Quia ergo Matrem ve-  
rapacis de suo Monasterio proiecerint, dignum  
est, ut inquietis calamitatibus, tribulationumque  
procelliis atque turbinibus agitentur. Verum ne  
lectorem diutius prostrabam, fratres illi haec, que  
P dixeram,

dixeram, non dubijs erumpentibus signis, vera probantes, in arcto siti, tandem ad eorū redeunt, paumento se humiliter sternunt, ac perceptā penitentiā, nunquam se de cetero neglecturos solita Dei Genitricis praeconia vnanimiter pollicentur. Mox itaque ut fatear, ita post coruscos atque sonitrua, tanta cali serenitas rediit, ut ex tunc usque hodiē fratres iucunda pacis otio perfruantur; ac de Scyllæa voragine se delatos ad portum, gubernante filio Virginis, gratulentur. Impleū ergo est, quod per Prophetam dicitur Mal. 3. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus. Qui ergo facile Seniorum suorum statuta conuellunt, ista considerent: & ne diuini furoris super eos gladius veniat, non sine causa formident.

Clericus etiam quidam multis erat peccatis obnoxius, & præcipue carnalis illecebra factoriis inquinatus: qui tandem languore corruptus, atque ad extrema perueniens, tremefactis visceribus expaescere & accusante conscientiā, diuinum caput iudicium medullitū formidare: cūmque spem in se nullius boni operis inueniret, totum se protinus ad postulandum B. Mariae semper Virginis auxilium contulit, & sub eius patrocinium importunā cordis anxietate confugit, huiusmodi ferè verbis insistens: non ignoto, inquit, ô Beata Regina Mundī, quia te in multis offendī, & castitatis atque

Additamenta.

227

atque virginitatis, cuius tu Mater es, ego  
in meo corpore signaculum violavi; innu-  
meris etiam peccatorum sordibus involu-  
tus sum, nec dignus inuenior, Te totius  
munditiae Principem, inuocare pollutis la-  
bijs: Veruntamen, o Ianua cœli, fenestra  
paradisi, vera Mater Dei & hominis, Tu  
mihi testis es, quia septies in die laudem  
dixi Tibi, & quamuis peccator, quamuis  
indignus, omnibus tamen Canonicis horis  
Tuæ laudis obsequium non fraudau. Cum-  
que huiusmodi verba Clericus protulisset, decum-  
benti postmodum püissima Dei Genitrix astitit, &  
blande consolata, peccatasibimet dimissa ex lar-  
gitate diuina misericordia nunciauit. Quod ta-  
men nos trepidando proferimus, quia verū iuxta  
relationis fidem verè contigerit, ignoramus. Hoc  
tamen proculdubio nouimus, quia quisquis quo-  
tidiana prædictis horis officia in eius laudibus fre-  
quentare studuerit, Adiutricem sibi met, ac pa-  
trocinaturam ipsius Iudicis Matrem in diene-  
cessitatis acquirit. Hanc igitur rudem Scriptiu-  
culam & incultam, Dilectissime sepius iterando  
percurre & nō qualiter, sed quid dicatur, atten-  
de: imò ut ita loquar, non verbo, culmo, vel folijs,  
sed medullā potius intelligentia delectare. Præ-  
dictam horarum obedientiam Deo ingiter exhibe-  
re, in reliquo etiam te sanctæ conuersationis, stu-  
dij vigilanter exerce, quatenus si nunc sub leti

P 2.

Iugo

iugō eius tanquam seruus cērūcēm cordis attri-  
ueris, inter filios postmodū hereditatis superne-  
funiculum cum gloria fertiaris.

## Prælatus.

113. Maior est auctoritas Capituli Generalis,  
quam Ministri Generalis.

114. Veniales defectus quando Superior renea-  
tur sub peccato mortali tollere.

CXIII. **A**d n. 392. Dubitatur, cuius maior si-  
Maior est auctoritas, Ministri Generalis? an Ca-  
utoritas pituli? Resp. Capituli Generalis, cum iste  
Capitulus celebretur vi Regulae pro communi Reli-  
Generalis quām Mi- gionis bono, cuius proinde statuta si Gene-  
nistris Ge- ralis instringere velit, in ipsam Regulari  
neralis. peccare censebitur dantem auctoritatē  
Capituli Generali, maximē si fuerit per  
Prouinciales quād Papam approbatum, vel talium statuto  
Prouinciales Minis- rum mutatio non est relicta Generalis arbitrio.  
tria. Idem dicendum est de Prouinciale  
Capitulo, quoad Ministrum Prouinciale  
Quodsi Prouinciali Capitulo presidente, Super  
Minister Generalis, acta illius infirmari ne-  
queunt per Capitulū Prouinciale sine eius  
dem Generalis auctoritate, cum Inferior  
contra Superiorem præualeat non debeat  
Cæterum et si Capitulum Prouinciale  
præualeat auctoritati Ministri Prouin-  
cialis

cialis, alij tamen fratres & tota insimul  
Prouincia non sunt maioris Potestatis, quam  
Minister Prouincialis, nisi, ut dictum, sint  
in Capitulo Prouineiali. Guardianus vero  
est maior toto Conuentu etiam Capitulari-  
ter congregato, quia non habet potestatem  
a conuentu, sed a Capitulo Prouinciali. Et  
conuentus praedictus non habet talem au-  
toritatem a Capitulo super eum; sed si iniuti-  
lis probatur, per Prouincialem statim poterit  
ab solui. Et ideo qui voluerit sustinere & per-  
tinaciter assertere Communamat conuen-  
tus congregatam, esse maiorem suo Guar-  
diano, tanquam subuersor sancte obediencie  
& errans; secundum antiqua Ordinis  
Statuta incarcерati debet, iuxta tradita P.  
Politij in c. 8. Regule. n. 22.

*Ad n. 394. Vide Dianam super his p. 3. tr.  
2. Ref. 117. cum Cotonio Celeber. Controu-  
l. 4. controu. 2. c. 1. n. 23.*

*Ad n. 395. Idipsum stylo seuero peracriter  
urget noster P. Hyacinthus Casal. tr. a  
Paupertate Religiosa. In Prefat. vbi, sciant, in  
quit, Superiores sub peccato mortali, etiam  
propria vita periculo teneri se, non tantum le-  
thales culpas suorum corrigere, sed etiam quan-  
tum possunt, eos abusus tollere, qui, licet in sin-  
gulis sint tantum veniales. Regularem tamen  
Disciplinam eneruant, spiritualem suorum pro-*

CXIV.

Vensales  
defectus  
quando  
superior  
sub pcc  
caro mor  
tali tene-  
atur sol  
lere.

seckum impediunt, & ad eorum ruinam, totius s<sup>e</sup> Disciplinae relaxationem sensim disponunt: neque ipsos defectus a se obseruatos, vel ab alijs sibi de- munitatos, solum teneri reprehendere & corrige- re; verum etiam vi officij sui obligari, in suorum subditorum vitam & conversationem curiose inquirere quo spirituali eorum necessitatibus exactius possint subuenire &c. Plura huius generis videantur penes eundem & quos ibidem allegat. S. Thom. 2. 2. q. 33. a. 2. Sot. Nau Bannes & alios. Nec non dicta superius V. Guardianus.

### Priuilegium.

215. Possunt a nostris Superioribus localibus aliquando vocari secularares Sacerdotes appro- bati ab Ordinario ad audiendas confessiones in nostris Ecclesijs.

*Revocatio oraculorum viue vocis Capuci- nos non afficit.*

CXV.  
Possunt a nostris Su-  
perioribus localibus  
aliquando vocari  
secularares  
Sacerdo-  
tes appro-  
bati ab  
Ordinario  
ad audiē-  
das Con-  
fessiones  
en Eccl-  
esijs nostris.

A D u. 413. Quoniam in quibusdam Ec-  
clesijs nostris ad obtainendas Indulgen-  
tias Portiunculae, quadraginta horarum &c. con-  
tantus solet esse Poenitentium concursus, vt  
Confessores nostri iis audiendis nullatenus sufficiant, dubitatum fuit non sine causa,  
num locorum nostrorum Superiores ia au-  
xilium possint assumere Presbyteros Sæcula-  
res, quandoquidem ipsi quoque Curati ex-  
tra sua Parochie districtum nullam habeāt  
absoluendi potestatem, nisi proprios Paro-  
chianos, & ex alia parte nos nudū habentes  
Sacramenti

## Additamenta:

231

Sacramenti Pœnitentiaæ Ministerium, fa-  
cilitatem eiusmodi nobis delegatam, am-  
plius subdelegare non possumus. Respon-  
detur tamen posse Superiores nostros loca-  
les in auxilium assumere Sæculares quoque  
alias ad confessiones Sæcularium ab Ordin-  
ario in forma Tridentina approbatos, quot-  
quot necessarij fuerint, per communicatio-  
nem Privilégiorum cum PP. Minimis, qui-  
bus Leo X. Bulla *Pastoris eterni*. An: 1513. fa-  
cilitatem fecit deputandi singulis annis sex  
aut plures Presbyteros Sæculares, qui ad cō-  
sequendas eiusmodi Indulgentias possint in  
ecundem Ecclesijs confluentium confes-  
sionibus diligenter auditis, eis pro commis-  
sis per eos delictis, etiam in singulis casibus  
Episcopalibus, absolutionis beneficium im-  
pendere & pœnitentiam salutarem iniunge-  
re: nec non vota quæcumque per eos pro  
tempore emissa (Religionis & Castitatis ac  
Ultramarino, necnō liminum Apostolorum  
Petri & Pauli ac S. Iacobi in Compostella,  
votis duntaxat exceptis) in alia pietatis ope-  
ra commutare valeant, &c. Refert hanc  
Bullam & Potestatem hanc deputandi Con-  
fessores, adhuc in suo tobore permanere te-  
statur Peyrin. Bulla *Inter Leoninas*, 2. Excep-  
to, quod cum in ea concessum fuerat depu-  
tate Presbyteros idoneos, nulla facta men-  
tione Confessarij, post Tridentinum Conc.

P 4

sciss.

lett. 23. Reform. c. 15. debeant esse approbatū ab Ordinario. Deinde quod in dictis diebus non possint amplius absoluere à casibus Episcopatibus, per Decretū Congreg. de Mandato Clem. 8. de quo in Summula, V. *Absolutio quoad Sacul.* n. 40. Posse autem Confessores deputatos commutare omnia vota, exceptis ijs, quæ in d. Bulla specificantur, & absoluere à casibus etiam Papalibus, quos præmemoratum Clem. 8. Decretum non excipit, ad hanc Concessionem respexisse puto Patres Capituli Generalis An: 1656, in quadā resolutione, quæ sic habet: Possunt Confessarij Sæculares audire Confessiones in Ecclesijs nostris, & ad hoc vocari à fratribus.

Ad n. 420. Reuocationem oraculorum *Renovatio viuæ vocis* Capucinos non afficere per ex-oraculoru[m] pressam Declarationem Urbani 8 aliundè *Viuæ vo-*  
*cis Capu-*  
*cinos non* quoque attestationem penes me habeo fide dignissimam,

### Professio.

116. *Decisiones Gen. Capit: qui suffragia dare possint ad concedendam Professionem.*
117. *Ordinationes generales circa præcedentiam Professorum.*
118. *Regularium inter se præcedentia.*

CXVI.  
Decisiones  
Gen. Cap.  
qui suffici-

**A**D n. 423. Quod in conditione 6. n. 1. dicitur ex ordinis Constitutionibus, ve nullus

vallis ad Professionem admittatur, nisi suffragia gis dare  
 maioris partis fratrum habeat, qui cum illo per conceden-  
 quatuor continuos menses aut circiter in eodem dam Pro-  
 loco baserint &c. declaratum fuit in Cap. Gen. sessionem,  
 1637. Suffragium ad admittendos nouitios ad  
 Professionem, Guardiani & Magistri Nouitiorū,  
 validum esse, eis duobus mensibus tantum cum  
 Nouitio fuerint. Decisum insuper fuit Anno  
 1643. ad votandum pro nouitys admittendis vel  
 rejiciendis, probabilius esse, posse admitti eum  
 quoq; qui alioqui voce actiua & passiuacaret. Vi-  
 de V. Pana. n. 357. Votorum paritate con-  
 currente in admittendo Nouitio, non potest  
 Prouincialis suo suffragio illum adiuuare.  
 Sic fuisse resolutū à S. Greg. Episc. & Re-  
 gul, habetur ex Decisionibus Capit. Gen.,  
 An. 1650, contra Portel. V. Nouitia, in addit.

Circa Praecedentiam Professorum, ordi-  
 natum est in Capitulis Generalibus An. 1633.  
 & 1643 i. In Capitulo Generali dari signum  
 in choro, & refectorio, aliasque functiones neces-  
 sarias agere, spectat in primis ad M. R. P. Gene-  
 ralem, eo absente ad Definitorum Generalem pri-  
 mum, & ita successuē. Idem seruetur suo re-  
 spectu in Capitulis Prouincialibus. Si neutrius  
 Definitionis Patres præsto sint, in Capitulo Gene-  
 rali, id exerceat P. Prouincialis illius Prouincie,  
 tum P. Guardianus loci, post hunc, Vicarius. In  
 Prouinciali, Guardianus ac loci Capitularis Vi-  
 carius.

P S

2. PP.

CXVII.  
 Ordina-  
 tiones ge-  
 nerales  
 circa pra-  
 edentia-  
 rum.  
 Professo-  
 rum.

2. PP. Generales finito Generalatu prae-  
dant in Choro & Refectorio ac vniuersim in qui-  
buscumque actionibus publicis quoscumque fra-  
tres, exceptis proprijs Superioribus, ac Definitoriori-  
bus Generalibus actu existentibus, durante illo  
Capitulo, quo finito cum istorum officium cesseret,  
locum proximum P. Generali recens electo capi-  
ant. Alias autem septimi Definitoris. Idem pro-  
portione sua intelligatur de Prouincialibus in  
Capitulis Prouincialibus, in quibus qui officio  
suo defungitur, proximum locum nouo Prouin-  
ciali teneat, alijs temporibus qui Prouinciales  
aliquando extitere, præcedant omnes Pronimia  
frates, si istamnen Superioribus proprijs, & De-  
finitoribus actu existentibus exceptis. Qui Defini-  
tores aliquando fuere, præcedant eos, qui superio-  
re seorum non sunt, nec actu Definidores aut ali-  
as Prouincialatum gesserunt. Quoad reliquos  
frates declaratum est Præcedentiam sumendam  
esse non à die Professionis, sed assumpti habitus.

Si duo vel plures Nouitij eadem horâ &  
simul habitum assumunt, præcedentiam ha-  
bet, qui prior accepit habitum. Ita enim  
quoad Moniales decereuit S. Congregatio  
An. 1608. apud Lezan. V. Præcedentia. n. 9.  
In isto casu ne qui habitum concedit, priuato  
videatur permotus affectu, cæteris paribus  
prior admittendus est Senior, Professos  
etiam Conuersos debere præcedere Nouitij  
quan-

quantumuis Choristis, habeture ex Decreto S.  
Congr. Regul. pro Ordine Capucinorum  
approbatu ab Urbano 8. 7. Maij 1631. sed  
hoc vniuersim à Prouincijs receptum nō est.

3. Ex Definitoribus electis suffragüs paribus  
præcedunt illi, qui in Religione sunt antiquiores,  
licet aliquis antea Prouincialis fuerit. Decis.  
An. 1643.

4. Circa præcedentiam Regularium in-  
ter se cum quamplurima decreuissent SS. Regulari-  
Pontifices, præsertim Gregorius 13. in Bulla; se præce-  
Expolsit. die 15. Iul. 1583. in Bullario Laert.  
10. 2. in ipso Gregorio. n. 84. nec tamen cef-  
farent Iurgia & lites in publicis functioni-  
bus ac Processionibus, non sine grandi scan-  
dalo, S. Congregatio Regul. habitu etiam  
respectu ad dictam Const: Gregorij 13. de-  
crevit An. 1624 die 1. Iun. vt illi Regulares (sive  
Dominicani sive alij) præcedant, quorum  
prius in Ciuitatibus & locis Conuentus seu Mo-  
nasteria erecta & fundata sunt. Tandem Urbana-  
nus 8 in Constit. Nuper pro parte, sub die 18.  
Dec. 1637. (præinsertis S. Cong. Prouisio-  
nibus & facta expiessâ mentione prædictæ  
Constit. Greg. 13.) his omnibus robur adie-  
cit & statuit, vt quicunque sunt in possessione  
prædentiae præcedant, & ubi non probatur, aut  
de possessione non constat, præcedant y, qui in loco  
cōtrouersia antiquiores sunt &c. De Capucinis  
specia-

CXVIII.  
um inter  
densa.

speciatim decreuit S. Cong. 23. Mart. 1619,  
quod debeant cedere iis Regularibus, qui  
sub propria cruce, & in proprio loco ince-  
debant, antequam ipsi propriam crucem de-  
ferrent, quod iis concessit Paulus s. An. 1617.  
12. Octob. in Bulla. Pastorale officij. n. 107.  
apud Laert. 10. 3. cum ante sub Conuentuali-  
um S. Francisci cruce incederent vigores su-  
pradicæ Constit. Greg. 13. Cæterum contro-  
uersias propter præcedentiam, tam inter Sæ-  
culares, quam Regulares, ortas componen-  
di, iudicium Episcopis commisit S. Trid.  
Synodus Seß. 24. de Regul. c. 13.

### Prouincialis.

119. Prouincialis in aliena Prouincia priua-  
tim potest in subdito actum Iurisdi-  
ctionis exercere.
120. Decisiones Cap. Gen: circa Vicarium  
Prouincialem constituendum, & eius  
auctoritatem.
121. Socius P. Prouincialis mortui, & socius  
P. Vicarij Prouincialis in quo loco ad  
electionem Discreti concurrant.

CXIX. **A**D n. 429. Prouincialis potest priuatim  
Prouincialis in a-  
lienâ Pro-  
vinciâ po-  
test in sub-  
& secretâ in aliena Prouincia exercere  
in suo subdito actum jurisdictionis, v. g. iuben-  
do, ut se se flagelles, &c. dummodo actu illo non  
præjudicet

præiudicet jurisdictioni Provincialis predictæ dito actu  
Prouincia, & non fiat in foro contentioso. De- jurisdi-  
cili. 1650. citionis  
exercere.

Prouincialis expleto triennio solari non po- CXX.  
test propriâ auctoritate differre Capitulum sine Decisiones  
licentia: si adest causa, potest de consensu Definito- generales  
rum ad duos vel tres menses Au: 1656. Vicaria-  
riae.

Ad n. 430. Circa Vicariū Prouinciae, factæ rium Pro-  
sunt in Capitulis Gen. sequentes Decisiones. vinceiale  
1. Vicariū Prouinciale instituere soli Provinciali- confirma-  
tum, & cōpetit: conuenientius autē ager, si consulat De- tione  
finitores. An 1637. 2. Eliam post electos Custo- eius au-  
des ad Gener. Capitulum, potest Vicarium Pro-  
vinciale constituere aliquem non Custodem: Nō  
enim ex hoc Custodum auctoritas minuitur. An.  
1643. 3. Si contingat Prouinciale nominasse Vi-  
carium Prouinciae aliquem non Definitorum, vel  
non primum Definitorum, mortuo Provinciali,  
auctoritas ex Constitutionibus ad primum De-  
finitorum statim devoluitur, etiam absentem. In-  
terim tamen Vicarius prius institutus à Prouin-  
ciali, Prouinciam potest gubernare, donec pri-  
mus Definitor statuas quid agendū sit. An. 1656.

4. Ex- Prouincialis in anno vacationis à Prela-  
turā, nō tantum potest esse Vicarius sub Guardia-  
no, sed etiam defuncto Guardiano conuentum re-  
gere: & expleto anno vacationis sue, si sit Defi-  
nitor esse Vicarius Prouinciae. An. 1656. 5. Si cō-  
tingat Prouinciale & omnes Definidores mori-

Prouincia Vicarius erit senior inter Guardianos Prouinciae, etiam si sint alij Ex-Prouinciales, seu Ex-Definitores. Anno eod. 6. Guardianus & Commissarius simul in eadem Prouincia esse potest, quando ei competit esse Commissarium ex delegatione; secūs si autoritate ordinaria. Vnde Vicarius Prouincialis ex morte Prouincialis vacabit à Guardianatu, 1657. 7. Vicarius Prouincialis superueniente Visitatore Generali, autoritatem gratiosam retinet in Prouincia, quam retineret Prouincialis, si superstes esset, cui ex morte, vi Constitutionum nostrarum Vicarius successit. Anno eod. 8. Vicarius Prouincialis à Ministro institutus, si ei dicat Prouincialis, quod ex illa hora incipiat uti auctoritate illâ, potest ea via, licet Prouincialis necdum exierit à Prouincia. An. 1643. 9. Definitor Vicarius Prouincialis propter mortem Prouincialis potest, si est Guardianus, concurrere ad Discretatum voce actiua, modò in illo conuentu non fuerit alius Guardianus institutus. An. 1650. 10. Socius P. Socius P. Prouincialis in officio mortui debet à Vicario Vicarij Prouinciali collocari in aliquo conuentu, in quo Prouincialis ad Discretatum concurrere debet; & socius P. alis in quo Vicarij Prouincialis concurret in loco, ubi Capitulationem tulum Prouinciale celebrabitur. Anno. 1656.

CXXI.  
Socius P. Guardianus, concurrere ad Discretatum voce  
Prouincialis mor- actiua, modò in illo conuentu non fuerit alius  
tuus, & Guardianus institutus. An. 1650. 10. Socius P.  
Socius P. Prouincialis in officio mortui debet à Vicario  
Vicarij Prouinciali collocari in aliquo conuentu, in quo  
Prouincialis ad Discretatum concurrere debet; & socius P.  
alis in quo Vicarij Prouincialis concurret in loco, ubi Capitulationem  
loco ad E- tulum Prouinciale celebrabitur. Anno. 1656.  
lectionem  
Discreti  
concurrerunt.

### SS. Ordines

122. Priuilegium insinuatum in Summula ad-  
huc valeat.

Pag.

Pag. 655. lin. 3. Dele, quæ sequuntur à verbo: Extratempora. Usque ad verbum: Priusle-  
(conuenire) inclusuè. & pone seqq. Istud finuatur  
Priuilegium, quia prædictus Pontifex Greg. in Sum-  
13. Societati dederat cum restrictione, vt nō mula ad-  
communicetur alijs Regularibus, pro his rebus Galer.  
censet idem Tamburinus aliorum quoque  
Pontificum concessiones ac i. Mendicanti-  
bus à Clemente 8, absque villa limitatione  
confirmatum fuisse id ipsum. 2. Monachis D.  
Hieronymi & S. Benedicti ab Alexandro 6.  
& Eugenio 4. (sed hi duo erant ante Trid.  
Conc. cuiusmodi plura refert P. Augustinus  
à V. Maria, V. Ordinatio Cleric.) 3. Ordini  
seu Congregationi S. Ioan. Evangelista in  
Portugallia, à Clem. 8. cuius supra memini,  
visum fuisse à Portel. 4. Barnabitis à Gre-  
gorio 14. 5. Ex Hurtado ibid. relato dicit  
Paulum 5. Minoribus & Clem. 8. PP. Eu-  
angelistis concessisse hoc priuilegium sine  
villa limitatione incommunicabilitatis, cui  
proinde sine scrupulo possint Episcopi se  
conformare, quod & Marchinus afferuit tr.  
I, p. 7. c. 7.

## Visitator.

123. *Decisiones generales circa Commissarium  
à P. Generali missum ad certas cau-  
sas expedientias.*

240 *Additamenta.*

124. *Decisiones generales circa Visitatores Generalem.*  
 125. *Huius Absolutionis effectus declaratur.*

**Q**Vâ diligentia, formâ & modo peragi  
 debeant Visitations, præter vulgata  
 Iura, specialesque tractatus hac de re pas-  
 sim obuios, quamplurima in Constitu-  
 nibus & ordinationibus nostris Generali-  
 bus successiuè statuta sunt, quæ hic recen-  
 sere minus necessarium duco; referam dun-  
 taxat peculiares aliquot decisiones factas  
 in Capitulis Generalibus circa Visitatores  
 & Commissarios extraordinarios. De his  
 ergo in Capitulo Gener. Anno 1656, deter-  
 minata sunt sequentia.

I. *Commissarius à P. Generale missus in aliquam Provinciam ad causas certas expediendas, nequit præcedere P. Provinciale nisi in actu commissionis.* 2. *Quoad culpam dicendam in Refectorio, in monasterijs per qua transfit ad commissionem iturus, eis de lute teneatur.* 3. *Non potest dare obedientias fratribus ad expeditionem causa non necessarias, necessarias potest etiam in Provincias extereras, dummodo non restringatur in commissione.*

De

De Visitatoribus Generalibus declara-  
tum est in Cap. Gen. 1662. 1. Non potest Vi-  
sitor Generalis alicuius Provincia Provincia-  
lem exuere omni potestate & sub obedientiam  
Guardiani mittere absque processu & sententia,  
cum sit notabile grauamen. 2. Supposita eti-  
am solâ facultate Superiorum maiororum accipi-  
endi nouum Monasterium, non potest Visitator  
Generalis seipso absque Capituli & Patrum con-  
sensu eligere sicutum, erigere crucem, deputare  
fabricatores &c. 3. Visitatores Generales per-  
manenties in Capitulis Provincialibus habent  
voce actiuâ ad electione Definitorum, si sunt Professi  
iusti de Provincia; si secus, nequaquam. Deci-  
sum An. 1633. Vicarius Provincie, superueni-  
ente Visitatore Generali, quam potestatem ha-  
beat? Item nunc quis simul in eadem Provincia  
possit esse Guardianus & Commissarius? dictum  
est supra V. Provincialis.

Forma Absolutionis in om-  
nibus Capitulistam Genera-  
libus quam Provincialibus,  
ante Electiones faci-  
enda.

Dicitur la Confessione Generali ab omnibus Ca-  
pitularibus genusflexis, Præsidens Capituli

Q

eos

Huius ab-  
solutio-  
nis effe-  
ctus.

Decisiones  
generales  
circa Vi-  
sitorum  
Genera-  
lem.

eos ad effectum Electionis facienda absoluit dicens: Misereatur vestri &c; Indulgentiam &c. Dominus noster IESV<sup>S</sup> Christus vos absoluat, & ego authoritate ipsius ac BB. Apostolorum Petri & Pauli, ac Sancte sedis Apostolicae, mihi in in hac parte commissa & vobis concessa, absoluo vos ab omnivinculo excommunicationis, si quam incurristis, & restituo vos vniioni & participationi fideliū, nec nō sanctis Sacramentis Ecclesie, dispensando vobiscum in omni sententia Irregularitatis, Suspensionis & interdicti, si qua innodati estis, & ad effectum electionis canonice ac ritè nunc per vos celebrandæ, quatenus opus sit & indigetis, vos habilito, In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Specialem huius absolutionis facultatem Apostolicam non reperio præter communia Religiosorum Ordinum priuilegia, que quanti valeant, satis constat ex dictis in Summula V. *Absolutio*. V. *Dispensatio*. V. *Irregularitas*. V. *Pæna*, &c. Est verò huius absolutionis ratio, vis & valor idem, qui est absolutionis in Visitacionibus dari solita, ut aduertunt Lezan. P. Sigism. &c. allegati V. *Visitator. n. 463*. Præmittitur autem singulariter Electionibus ad tollenda pericula nullatum, que possent oriri propter impedimenta

Additamenta.

243

pedimenta canonica censurarum & pena-  
rum Ecclesiasticarum, vt his non obstanti-  
bus, si post præmissam huiusmodi absolu-  
tionem Electus deinde vel Electores re-  
periantur aliquâ censurâ innodati, elec-  
tio nihilominus validâ sit, nec ex eo  
capite impugnari possit, vt post Chockier  
de Exempt. p. 4. q. 69. n. 1. tradit Peyrin, in  
Formul. litt. Absolutio. c. 7. n. 1. Eum in finem  
ea verba: Et ad effectum Electionis &c. expressè  
ponuntur, non restringendo vim absolutio-  
nis ad effectum tantummodo validæ elec-  
tionis, prout in litteris Apostolicis, quibus  
alicui beneficium aliquod seu gratia confer-  
tur, addi solet absolutio à censuris ad effec-  
tum duntaxat obtinendi tale beneficium vel  
fruendum efficaciter tali gratia, quæ abso-  
lutio, vt docet Peyr. ad Confir. 1. Iulij 2. n.  
55. non absolvit realiter & in effectu, sed tâ-  
tum suspendit impedimentum, quo usque  
gratia suum sortiatur effectum, quo secuto  
excommunicatio, suspensio & interdictum  
redeunt. Quare sic absolutus nullam aliam  
gratiam consequitur nisi eam, ad cuius ef-  
fectum tantummodo absolvitur: Et si cele-  
bret, diuinis intersit sic innodatus, eas om-  
nes penas incurret, quas excommunicatus,  
suspensus & interdictus. Ideo in litteris illis  
ab solute dici solet, ad hunc effectum duntaxat  
consequen-

Q. 2.

consequen-

consequendum &c. In forma vero absolutio-  
nis ad Electionem, omissa particula, dün-  
taxat, post absolutionem à censuris, ponitur,  
& ad effectum &c, cuius particula, *Ei*, natura  
est copulare præcedentia cum sequentibus,  
vt idem sit de uno, quod de altero ex copulatis.  
Barbos, *de Diction.* tit. 110, n. 9. Ideo vim ha-  
bet absolutam & generalem ad omnia, ad  
quæ Superiorum sele extendit facultas, pro-  
ut allegato *V. Visitator.* dictum est. Huius ab-  
solutionis in referendo processu Electionum  
non feci mentionem, quod loco illius quan-  
doque Vocalibus detur licentia, vt à quo-  
cunque Confessore constituto pro Capitu-  
laribus possint absolvi à quibuscumque cen-  
suris & peccatis reseruatis ad eundem effec-  
tum. Quod si Prælatus iustè vel iniustè non  
vult vti hac autoritate ad absoluendum vel  
dispensandum in Electionibus vel Visitatio-  
nibus, non propterea ipse subditus potest  
absolvi à quocunque Confessario ex licentia  
præsumpta Prælati, siquidem talis licentia  
cum sit expressè negata, non potest vlo-  
modo dici præsumpta. Lezan. *in Mare Mag.*  
*Carmel.* n. 333. In Electionibus Discreti  
Guardianos vti non posse formâ illa absolu-  
uendi, dispensandi, habilitandi, &c, liquet  
ex dictis in Summula *V. Absolutio quoad FF.*

n. 21,

n. 21. quod facultatem eiusmodi habeant  
propter usum tantummodo Sacra-  
mentorum.

I N D E X R E R V M.

Absolutio Generaliter.

1. **M**Oribundus sensibus destitutus an ab-  
solui possit. 2. Potest absolui, qui si-  
gna dedit poenitentia etiam absente Confessario,  
vel petiuit Confessarium pro confessione Sacra-  
mentalii. 3. Item sub conditione absoluti potest,  
modo catholicè, & pie vixerit, licet talia signa  
non dederit. 4. Absolutio in prædictis casibus  
darietiam debet homini malafame.

Absolutio quoad Fratres.

5. Declarationes generales circa confessio-  
nes Nouitiorum, & juniorum Fratrum. 6. An  
valida confessio Iuuenumfuriue facta. 7. No-  
vitus subrepticie eligens sibi Confessarium pra-  
ter deputatum expelli potest à Religione.

Absolutio quoad Itinerantes.

8. In Confessario requiritur Iurisdictio or-  
dinaria, vel delegata. 9. Quid sit Iurisdictio  
ordinaria. 10. Qui eam habeant, & quibus de-  
legare possunt. 11. Regularium Confessarij à  
Superioribus constitui possunt etiam non appro-  
bari ab Episcopis. 12. Circa delegationē Iurisdi-  
ctionis determinationes factae in Religione no-

Q:

Bra.

Index.

strâ. 13. Regulares num extra ordinem suum  
confiteri valeant. An Capucinus cum licentia  
Generalis. 14. Antem tempore Iubilæi, vel in Iti-  
nere. 15. Requisita pro Confessario fratrum.  
16. Penitentes Confessario deputato pro sua fa-  
milia confiteri debent. 17. Iurisdictio volun-  
taria ubique etiam extra territorium exerceri  
potest. 18. Confessarius Regularis subditum suj-  
conuentus ubique absoluere potest. 19. Confes-  
sary nostri secularium, quando in aliena diocesi  
confessiones excipere possint. Capitula generalia  
tantum concedunt Provincijs usum audiendi sa-  
cularium confessiones. Vni vel aliquot fratribus  
P. Generalis, & P. Procurator Curia soli  
20. Seculares Itinerantes Parocho loci, vel ap-  
probato pro tali loco confiteri possunt. 21. Lice-  
ta intentione à sua Parochia discederent: idem  
dic ut à ieiunio loci liberarentur. 22. Religiosi  
itinerantes quibus confiteri possint. 23. Quibus  
Capucini itinerantes. 24. Cognita mutatione è  
loco Confessarij an continuo cesseret facultas exi-  
piendi confessiones. 25. Declarationes factæ in  
nostro Capitulo Provinciali. 26. Itinerantes si-  
bi inuicem confiteri possunt quisque suo socio.  
Casus aliqui resoluuntur. 27. Capucinus Con-  
fessarius existens in Monasterio alterius Ordinis  
quando posse excipere confessiones Regularium  
illius Ordinis.

Absolutio

### *Index:*

#### *Absolutio quoad Sæculares.*

28. Regulares an sine licentia suorum Superiorum tempore Iubilæi extra suum ordinem confiteri valeant. 29. Sub generali concessione non veniunt specifica ut est reseruatio casuum. 30. Declarationes Capituli Generalis in hac materia. 31. Prelati Regulares suis subditis promulgare non posunt Iubilaum, nisi Episcopus non fungeretur suo officio.

#### *Benedicere.*

32. Regularis quæ vestimenta, ac paramenta pro alienis Ecclesijs benedicere possit. Item Sacerdos Regularis quando Corporalia.

#### *Capitulum.*

33. Capitulum Prouinciale expletro tempore Provincialis, si adest causa, de consensu Definitorum ad duos, vel tres menses prorogari potest.  
34. Capituli culparum utilitas.

#### *Casus reseruatus.*

35. Bulla Cxæ D. an sit recepta. 36. Casus regulares ex Decreto Clementis 8. qui reseruari possint. 37. Dubia exorta circa hoc Decretum resoluta. 38. Decisiones Ordinis circa casum furti, & lapsus carnis ac præsentationem.

#### *Clausura.*

39. Oratoria nostra post altare maius sunt

Q. 4.

extra

Index.

extra clausuram, fœminam tamen intrumittere  
sine scandalo nemo potest. 40. Multieribus quan-  
do licitum ingredi monasteria. 41. Prouincia-  
lis prolongare clausuram horti aliquando potest.  
42. Prohibitio ingrediendi septa monasterij Mo-  
nialium nomine septorum quæ intelliguntur.  
43. Quibus prohibitum ingredi monasteria Mo-  
nialium. An Reginis, Fundatricibus. Moniali-  
bus alterius Ordinis iter agentibus. Infantibus.  
Fatuis. 44. Qui licentiam concedere possunt in-  
grediendi. 45. Qualis licentia, & qua causa re-  
quiratur. 46. Confessarius infirma confessionem  
audiens in Monasterio quomodo se gerere debeat.  
47. Nobis Capucinis prohibitus ingressus in  
quamcunque domum fœminarum regulariter  
cohabitantium, etiam si due sola sint. 48.  
Casus, quibus specialis facultas FF. Minorib-  
us concessa est ingrediendi monasteria Sancti-  
monialium. 49. Ab Illustrissimis DD. Nuncijs  
Apostolicis FF. deputati Visitatores Monialium  
ingredi possunt septa monasterij pro causis neces-  
sarijs. 50. Decretum circa allocutionem Monia-  
lium obligat sub peccato mortali. 51. Licentia  
loquendi extenditur ad socium.

Confessarius.

52. Guardianus non tenetur semper excipere  
confessionem subditi. 53. Licentia Superioris  
requiritur pro excipiendis confessionibus Secu-  
larij.

## Index.

larium. 54. Instructio Confessariorū. 55. Confessione factā Regularibus etiam contradicente Parocho satisfit praecepto annuae confessionis.

## Constitutiones.

56. Peregrini an patriæ legibus, vel loci in quibus versantur, vel nullis teneantur.

## Custos.

57. Decisiones generales circa Custodes, & Vice-Custodes.

## Definitores.

58. Decisiones generales circa Definitores, qui non facile antecessorum conclusa rescindere debent.

## Discretus.

59. Decisiones generales circa Discretum, & eius electionem.

## Elechio.

60. Decisiones generales circa electionem Custodis ad Capitulum generale. 61. Vicarius Provincialis quando posit in locum Guardiani demortus unum instituere. 62. Guardiano, vel Discrero accedentibus ad Capitulum Provinciale quando equitatio permissa. 63. Non lucet vici scientia peccati per confessionem habiti in electionibus. 64. Infamia à Regularibus quibus casibus contrahatur. 65. Decisiones generalis Capituli circa exceptionem contra personam electendorum

Qs

gendorum

Index.

gendorum admittendam. Circa renunciantes  
vocem actiuam, & passiuam. Circa provisionem  
Guardiani. Circa absolutum triennium Provin-  
cialis, & Guardiani. Circa electionem Definito-  
rum votis paribus. 66. Decisiones alia circa pri-  
uationem voce actiua & passiua. Concursum  
Discreti, &c. 67. Tempus à jure statutum in  
electionibus seruandum nos non afficit. 68. De-  
cisiones Gen. Cap. circa non acceptationem officij  
Provincialatus: circa Guardiani cassationem.

Eucharistia.

69. Regulares Sacra menta Eucharistie, &  
Extrema Uunctionis quibus moribundis admini-  
strare possint.

Exemptio.

70. Exempti sunt Regulares à jurisdictione  
Ordinariorum. 71. Ordo Fratrum Minorum est  
exemptus tam quoad personas, qua quoad loca,  
sed non à jurisdictione Legati à latere Sedis A-  
postolicae. 72. Priuilegium Apostolicum quod  
vocant in Heluetia den Psassenbrieff nunquam  
fuit datum. 73. Consuetudines allegatas contra  
libertatem ecclesiasticarum personarum suscep-  
Concil. Trident. 74. D. Melchior Lusi Promo-  
tor Helvetica Prouinciae Capucinorum Legatus  
ad Concil. Trid.

Guardianus

75. Decisiones Generalis Capit. de incarcera-  
tione

*Index.*

ratione subditi à Guardiano, &c. 76. Guardianus est maioris auctoritatis conuentu, non tamen Provincialis Provinciali Capitulo. 77. Guardianis dantur documenta pro regimine reple insituendo. 78. Specialia documenta ponuntur. 79. Prelatus tenetur aliquando solum iungere alteri, qui actiones eius obseruer & referat. 80. Subditus à Prelato quomodo corrigendus. 81. Cur Prelati quandoque impantes ad corrigendum.

*Habitus.*

82. Habitum dimittens ex leuitate per totum diem domesticè manendo non incurrit censuram, 83. Dimitiens, vel mutans quando peccet,

*Ieiunium.*

84. Ieiunia praecepta à Regula S. P. N. Francisci. 85. Fructus & dignitas Quadragesima ostenditur. 86. Ieiunium sexta seriae, & flagellatio corporis commendatur.

*Indulgentia.*

87. Indulgentia Regularibus concessa. 88. Indulgentias statiorum Fratres itinerantes, & infirmi lucrari possunt. 89. Altaria privilegiata pro animabus quando plura possint esse in una Ecclesia. 90. Privilium Alexandri 7. & Pauli 5. quando diuersis altaribus applicare li-

*etc.*

*Index.*

*Ter. 91. Indulgentia Portiuncula extenduntur  
ad Sacella nostrorum hospitiorum.*

*Irregularitas.*

*92. Potestas dispensandi nostrorum Confessa-  
riorum erga seculares. 93. Praelatorum respe-  
ctu subditorum.*

*Matrimonium.*

*94. Regulares in quibus impedimentis di-  
spensare possint.*

*Missa.*

*95. De quolibet Sancto in Martyrologio no-  
minatim posito Missa voriuia eo die, quo est descri-  
ptus celebrari potest. 96. Quando due Missae in  
Conuentibus dicenda, sicut in Ecclesijs Collegia-  
tis. 97. Vna Missa quando dicenda sub peccato  
mortali in Ecclesijs Regularium, qualis & quan-  
do mutari posse. 98. Missa conuentualis apud  
nos Capucinos pro quibus applicanda. 99.  
Missa breuis expositio, vti & vestium. 100. Va-  
lor seu fructus Missae est triplex, Generalis, me-  
dius, specialissimus. 101. Sacerdos vniuersal Missa  
non potest satisfacere duobus. 102. An subdit  
applicatio si valida contra Superioris volunta-  
tem. 103. Promissio Missae offerende quantum  
obliget.*

*Nouitius.*

*Index.*

*Nouitius.*

104. *Visiator Prouincie ex cōmissione Provinialis, quando posit Nouitios recipere.* 105. *Habitu donatus sine Prouincialis ordine non gaudet tempore in nouitiatu transacto.* 106. *Quomodo eū Nouitio actū qui in alia Prouincia fuit Nouitius procedendum.*

*Officium Diuinum.*

107. *Laus & veilitas psalmodia.* 108. *Eius Origo.* 109. *Quale officium diuinum à Religiosis dicendum maximē à filijs S. P. N. Francisci.* 110. *Cantus Capucinorum flebilis.* 111. *Capucinorum Congregatio quotidie recitat officium B. V. MARIAE.* 112. *Vsus hic obseruandus, qui miraculis comprobatur.*

*Prælatus.*

113. *Maior est auctoritas Capituli Generalis, quam Ministri Generalis.* 114. *Veniales defitius quando Superior teneatur sub peccato mortali tollere.*

*Priuilegium.*

115. *Possunt à nostris Superioribus localibus aliquando vocari seculares Sacerdotes approbatib; ordinario ad audiendas confessiones in nostris Ecclesijs. Reuocatio Oraculorum viua yonis Capucinos non afficit.*

*Professio.*

Index  
Professio;

116. *Decisiones Gen. Capit. qui suffragia dare possint ad concedandam Professionem.* 117. *Ordinationes generales circa praecedentiam Professorum.* 118. *Regularium inter se praecedentia.*

Prouincialis.

119. *Prouincialis in aliena Prouincia priuatum potest in subdito actum Iurisdictionis exercere.* 120. *Decisiones Cap. Gen. circa Vicarium Prouincialem constituendum, & eius auctoritatem.* 121. *Socius P. Prouincialis mortui, & socius P. Vicarij Prouincialis in quo loco ab electionem Discreti concurrant.*

SS. Ordines.

122. *Priuilegium insinuatum in Summula adhuc vales.*

Visitator.

123. *Decisiones generales circa Commissarium à P. Generali missum ad certas causas expediendas.* 124. *Decisiones generales circa Visitatorem Generalem.* 125. *Forma Absolutiatis in omnibus Capitulis tam Generalibus quam Prouinciabus, ante Electiones facienda.*

OMNIA AD MAIOREM DÉI  
GLORIAM.



EL

VOR

TR

AC

n qu

doctor

bud

cen

F. I

HAB.

Fra